

BRISTOL

1721



PHILELPHI




















BOETHII SEVE

RINI PATRICII, ET CONSV

laris uiri, Libri quinque, de Philosophi

ca consolatione, iam denuo im

pressi, atque exactissima cura

a cunctis mendis

emendati.

VDALricus Fabri Rhetus Ad L.

Si uitium, casusue grauis, seu denique morbus

Est animum, & cruciat nunc sine fine tuum.

Accipe per sophiam quæ dat solatia curis

Omnibus, Hic scriptor pharmaca tuta feret.

Carmine nunc mentem recreat, nunc lege soluta


Dulciter oblectans ecce Boethus adest.


A

SD 41693 I

1022080

N. 4580570 VD16 BC47





W woluminie kolejno współprawne sygnatury:

SD 41692 I

SD 41693 I

SD 41694 I

EPISTOL

21



PHILEPHI



10222311



Dar Kuratorj. Okr. Szk. Pozn.
Z księgozb. Gimn. im. M. Magd.
w Poznaniu. 1930.

50 41692-694 I

**BOETHII SEVE
RINI PATRICII, ET CONSV**

laris uiri, Libri quinque, de Philosophi-
ca consolatione, iam denuo im-
pressi, atque exactissima cura
a cunctis mendis
emendati.

VDALricus Fabri Rhetus Ad L.

Si uitium, casusue grauis, seu denique morbus
Est animum, & cruciat nunc sine fine tuum.

Accipe per sophiam quæ dat solatia curis

Omnibus, Hic scriptor pharmaca tuta feret.

Carmine nunc mentem recreat, nunc lege soluta

Dulciter oblectans ecce Boethus adest.

A

SD 41693 I

1022086

N. 4580570 VD16 BC47



Ad generosum adolescentē optimaq; indole prædiū,
Nicolaum larond de Brudzou Polonum,
Epistola Vdalrici Fabri Rheti.

SI nihil unq; mortalibus ipsis uberius, nihil utilius, nil deniq;
præstabilius, dicente Tullio, a summo cunctarū rerum opi-
fice concessum, aut datum est, nec in futurū dabitur, studio sa-
pientiæ, quā φιλοσοφίαν Græci uocāt, quæ omnium perinde ac fœ-
cunda parens laudandæ artium procreatrix existit, cupida p-
fecto mente, totisq; (ut aiunt) uiribus sine mora illā ipsam ap-
prehendere, arctius complecti, ac intime exosculari debemus.
Beatus homo (iquit Salomon) qui inuenit sapientiā, iniciatrix
enim est scientiæ dei, & inuētrix operū eius. Hæc est pculdubio
Democriti Euthymia, in cuius dextera lōgitudō dierū, & in sini-
stra diuitiæ atq; gloria. Illa insuper ueta animi ægrostantis me-
dicina dicit, quæ presente pharmaco q̄ celerrime curationi suæ
traditos restituit, quocūq; morboꝝ genere laborauerint (sunt
etenim neq; pauciores, neq; minus periculosi ut corporibus, ita
animis sui morbi). Nōne Philosophiā uel maxime docuit, uti
nosipfos tandē nosceremus? quod quidē præceptū Apollini ad-
scribit delphico. O præclara igit uirtutū indagatrix. O uitæ dux
disciplinarūq; repertrix Philosophia. Hoc op⁹ hoc studiū parui
pperemus, & ampli. Si patriæ uolumus, Si nobis uiuere chari.
Tu sola fortes, magnanimos, nullisq; incertæ fortunæ periculis
obnoxios uiros efficis, ac p̄stas. Tu animū a curis, & innumeris
ppe anxietatibus, q̄ cor ac mentē exedūt nostrā, eximis, mole-
lestias p̄terea quascūq;, et sollicitudines radicitus extirpas, q̄ nō
secus q̄ Siphis saxū nobis indies incūbūt. Tu ergo in primis ge-
nerose Nicolae, hāc prōpto animo accipe, atq; penitiori in pe-
ctore semp recōde, certū aduersus oēs fortunæ illius pcellas ha-
beas defēsaculū, quo muniaris uallo tanq; firmissimo circūdat⁹
Sed qd calcaria sua sponte currēti adhibeo? Tute id p̄stas genu-
ino quodā erga bonas līas amore, & tuapte natura p̄pensus es
ad oēm ingeniū cultū capeffendū de archano phīæ p̄optuario,
ut Theopompū potius q̄ Ephorū agere uidearis, Dii boni q̄-
lem te patria hominē recipiet, quantū ornamēti splēdidissima
profapiæ tuæ, quæ aliunde nobilissima est, adferes. Si eo, quo
dudū cepisti tramite ingressus pseueranter fueris, nil equidē tū
de triplici bonoꝝ genere tibi deesse autumo. Vale.

ANITII MANLII SEVERINI BOETII
VIRI CONSULARIS DE PHILOSOPHIAE CONSOLATIONE
LIBER PRIMVS.

¶ Metrum primum heroicum.



Armina qui quondã studio florẽte peregi
Flebilis heu mestos cogor inire modos.
Ecce mihi laceræ dictãt scribẽda Camenæ,
Et ueris elegi fletibus ora rigant,

Has saltem nullus potuit peruincere terror,

Ne nostrum comites persequerentur iter.

Gloria felicitis olim / uiridiscq; iuuentæ

Solantur mœsti nunc mea fata senis.

Venit enim properata malis inopina senectus,

Et dolor ætatem iussit inesse suam.

Intempestiui funduntur uertice cani,

Et tremit effœto corpore laxa cutis.

Mors hominum felix, quæ se nec dulcibus annis

Inferit, & mœstis sæpe uocata uenit.

Heu heu q̄ surda miseris auertitur aure,

Et flentes oculos claudere sæua negat.

Dum leuibus malefida bonis fortuna faueret,

Pene caput tristis merferat hora meum.

Nunc quia fallacem mutauit nubila uultum

Protrahit ingratas impia uita moras,

Quid me felicem totiens iactastis amici?

Qui cecidit, stabili non erat ille gradu.

Prosa prima.



Aec dum mecū tacitus ipse reputarē, quaeris
moniaq; lachrymabilē stili officio designarē
astitisse mihi supra uerticem uisa est mulier
reuerēdi admodū vultus, oculis ardētib; & ultra cō
munē hominū valentiā p̄spicacibus, colore uiuido, atq;
inexhausti uigoris, c̄p̄uis ita æui plena foret, ut nullo mō
nostrę crederet̄ etatis. Statura discretiōis ambigua. Nā
nūc quidē ad cōmunē sese hominū mensurā cohibebat.
Nūc uero pulsare coelū summi uerticis cacumine uide
batur. Quæ / cū caput altius extulisset, ipsum etiā coelū
penitrabat, seq; respiciētū hominū frustrabat̄ intuitū.
Vestēs erāt tenuissimis filis, subtili artificio, indissolubili
materia perfectæ, quas uti post eadē p̄dente cognoui,
suis manib; ipsa texuerat. Quarū speciē, ueluti fumosas
imagines solet, caligo quædā neglecte uetustatis obdu
xerat. Hæc in extremo margine. π. græcū, in sup̄mo ue
ro. θ. legebat̄ intextū. Atq; inter vtrasc; litteras in sca
larum modū gradus quidā insigniti uidebant̄, quib; ab
īferiore ad superius elementū esset ascēsus. Eandē tamē
uestē uiolētorū quorundā sciderāt manus. Et particulas
quas quisq; potuit abstulerāt. Et dextra quidē ei; libel
los, sceptrū uero sinistra gerebat. Quę ubi poeticas mu
sas uidit nostro assistētes thoro, fletibusq; meis uerba di
ctantes, cōmota paulisper, ac toruis inflāmata luminib;.
Quis (inquit) has scænicās meretriculas ad hūc egrum
pmisit accedere? Quæ dolores eius nō modo nullis fo
uerēt remedijs, uerū dulcibus insup̄ alerēt uenenis. Hæ
sunt em̄ quæ infructuosis affectuū spinis uberē fructi
bus rōnis segetē necāt, hoīm; mētes asuefaciūt morbo

nō liberant. At si quē prophanū (uti uulgo solitū) nobis
blāditia uestraē detraherēt, minus moleste ferendū pu-
tarē. Nihil quippe in eo nostra opæ lederent. Hunc uero
Eleaticis, atq; Academicis studiis innutritū. Sed abite po-
tius Sirenes usq; in exitiū dulces, meisq; eū musis curā-
dum, sanandūq; relinqte. His ille chorus increpitus de-
iecit humi mœstior uultū, cōfessusq; rubore uerecundiā
limē tristis excessit. At ego, cuius acies lachrymis merfa
caligarat, ne dinoscere possē, quē nā hęc esset mulier tā
impio sãe autoritatis obstupui, uisusq; in terrā defixo, qd
nā deinceps esset actura expectare tacitus cœpi. Tū illa
ppius accedēs in extrema lectuli mei parte cōsedit, meū
q; intuēs uultū luctu grauē, atq; in humū mœrore deie-
ctum, his uersib⁹ de nostrę mētis pturbatōe cōquesta ē.

Metrum secundum primi libri.

Heu q̄ præcipiti merfa profundo
Mens hebet, & propria luce relicta

Tendit in externas ire tenebras.

Terrenis quotiens flatibus acta

Crescit in immensum noxia cura.

Hic quondam cœlo liber aperto

Suetus in æthereos ire meatus

Cernebat rosei lumina Solis,

Visibat gelidæ sidera Lunæ.

Et quæcunq; uagos stellæ recursus

Exercet uarios flexa per orbis/

Comprehensam numeris uictor habebat;

Quin etiam causas, unde sonora

Flamina sollicitent æquora ponti,

Quis uoluat stabilem spiritus orbem,

Vel cur hesperias sidus in undas
Casurum rutilo surgat ab ortu.

Quis ueris placidas temperet horas,

Vt terram roseis floribus ornet,

Quis dedit ut pleno fertilis anno

Autumnus grauidis influat uuis,

Rimari solitus, atq; latentis

Naturæ uarias reddere causas.

Nunc iacet effœto lumine mentis,

Et pressus grauibus colla catenis,

Decliuemq; gerens pondere uultum,

Cogitur heu stolidam cernere terram

¶ Prosa secunda, primi libri.

Sed medicing, inqt, potius tēpus est q̄ querelæ. B. Tū
uero totis in me intēta luminibus. P. Tu ne ille es, ait,
qui n̄o quondā lacte nutritus, nostris educat⁹ alimētis
in uirilis animi robur euaseras? Atqui talia cōtuleramus
arma, q̄ nisi prius abiiecisses, inuicta te firmitate tuerent^r
Agnoscis ne me? Quid taces? pudore an stupore siluisti?
mallē pudore, sed te (ut uideo) stupor opp̄ssit. B. Cuncq;
me nō modo tacitū, sed elingūē prorsus mutūq; uidisset
admouit pectori meo leniter manū. Et nihil, inqt, piculi
est, lethargū patit̄ cōmunē illularē mentiū morbū. Sui
paulisper oblitus est. Recordabit̄ facile, siquidē nos ante
cognouerit. Qd̄ ut possit, paulisp lumina eius mortaliū
rerū nube caligātia tergamus. B. Hęc dixit, oculosq; meos
os fletibus undantes, cōtracta in rugā ueste, siccauit.

¶ Metrum tertium, Primi libri.

Tunc me discussa liquerunt nocte tenebræ,
Luminibusq; prior redijt uigor.

Vt cum præcipiti glomerantur sidera choro/
Nimbosiq; polus stetit imbribus,
Sol latet, ac nondum coelo uenientibus astris
Desuper in terram nox funditur.
Hanc si threicio boreas emissus ab antro
Verberet, & clausum reseret diem,
Emicat, & subito uibratus lumine Phœbus,
Mirantes oculos radijs ferit.

¶ Prosa tertia, primi libri.

HAud aliter tristitiæ nebulis dissolutis hausi coelū,
& ad cognoscendā medicātis faciē, mentē recepi.
Itaq; ubi in eā deduxi oculos, intuitūq; defixi, respicio
nutricē meā, in cuius ab adolescētia laribus uersatus fue-
ram/philosophiā. Et qd, inquā, in has exilii nostri solitu-
dines/ o oīum magistra uirtutū super o cardine delapsa
uenisti: an ut tu quoq; mecū rea falsis criminatiōibus a-
giteris? An (inquit illa) te alūne desererē, nec sarcinā, quā
mei noīs inuidia sustulisti, cōmunicato tecū labore pars-
tirer? Atqui philosophiæ fas nō erat incomitatū relinq̄re
iter innocētis, meā scilicet criminationē uererer, & quasi
nouū aliqd acciderit, perhorrescerē. Nūc enī primū cē-
ses apud improbos mores lacessitā piculis esse sapiētīā?
Nonne apud ueteres quoq; ante nostri Platonis ætatē
magnū sæpe certamē, cū stultitiæ temeritate certauim?
Eodemq; superstitē, præceptor eius Socrates iniuste ui-
ctoriā mortis me astāte promeruit. Cuius hereditatem
cū deinceps Epicureū uulgus ac Stoicū, ceteriq; pro sua
quisq; parte raptū ire molirent, meq; reclamantē, reni-
tentēq; uelut in partē prædę traherēt, uestē/ quā meis tex-
uerā manibus, disciderūt, arreptisq; ab ea pāniculis, totā

me sibi celsisse credētes, abiere. In quibus, quā quaedā nō
habitus uestigia uidebant, meos esse familiares impru-
dētia rata, nō nullos eorū pphānē multitudinis errore
puertit. Quod si nec Anaxagoræ fugā, nec Socratis uene-
nū, nec Zenonis tormenta, quā sunt pegrina, nouisti, at
Canios, at Senecas, ac Suranos, quorū nec puetusta, nec
ī celebris mēoria est, scire potuisti. Quos nihil aliq̄ in cla-
dē detraxit, nisi quod nōis morib⁹ īstituti, studiis īprobōrū
dissimillimi uidebāt. Itaq; nihil est quod admirere, si ī hoc
uite salo circūflātib⁹ agitemur pcellis, quibus hoc maxīe
ppositū est pessimis displicere. Quorū quidē, tametsi est
nūerosus exercit⁹, spernē dustm̄ est, quā nullo ducere egit,
sed errore tm̄ temere, ac passim lymphāte rapta. Qui si
quā cōtra nos aciē struēs ualentior incubuerit, nōa quidē
dux copias suas ī arcē cōtrahit. Illi uero circa diripiēdas
inutiles sarcinulas occupant. At nos desup irridemus ui-
lissima rerū queq; rapiētēs, securi toti⁹ furiosi tumultus,
eorū uallo muniti, quod grasātī stultitię aspirare fas nō sit.

¶ Metrum quartum primi libri.

Q Visquis composito serenus æuo
Fatum sub pedibus dedit superbū,
Fortunamq; tuens utramq; rectus,
Inuictum potuit tenere uultum,
Non illum rabies, minæq; ponti,
Versum funditus excitantis æstum,
Nec ruptis quotiens uagus caminis,
Torquet fumificos Veseuus ignes,
Haud celsas soliti ferire tures,
Ardentis uia fulminis mouebit.
Quid tantum miseri feros tyrannos,

Mirantur sine uiribus fur entes:

Nec speres aliquid nec extimescas,

Exarmaueris impotentis iram.

At quisquis trepidus pauet uel optat,

Quod non sit stabilis, suiq; iuris,

Abiecit dypeum, locoq; motus

Nectit qua ualeat trahi, catenam.

¶ Prosa quarta primi libri.

Sentis ne, inq; hæc, atq; animo illabuntur tuo? Es ne
^{ὄρος πρόσ λύραν.} Quid fles? Quid lachrymis manas?
^{ἔσω δα μή κεύθε.} Si operam medicantis expectas, oportet
ut uulnus detegastuū. B. Tū ego collecto in uires anō
An ne adhuc eget admonitiōe, nec per se satis eminet for
tunæ in nos sæuētis asperitas? Nihil ne te ipsa loci facies
mouet? Hæcine est bibliotheca, quā certissimā tibi sedē
nostris in laribus ipse delegeras? in q̄ mecū sæpe residēs
de diuinæ humanæq; rerū sciētia differebas? Talis ha
bitus, talisq; uultus erat, cū tecū naturæ secreta rimarer,
cū mihi siderū uias radio describeres, cū mores nostros,
totiusq; uitæ rationē ad cœlestis ordinis exēplar forma
res. Hæcine p̄mia referim? tibi obsequētes? Atq; tu hæc
sententiā Platōis ore sanxisti, btās fore respu. si eas uel stu
dio si sapiæ regerēt, uel earū rectores studere sapiē conti
gisset. Tu eiusdē uiri ore hæc sapiētib⁹ capelsūdæ r eipu
blicę necessariā causā esse monuisti, ne ī probis flagitios
isq; ciuibus urbiū reliēta gubernacula, pestē bonis, ac
perniciē ferrēt. Hæc igit̄ autoritatē secutus, qđ a te inter
secreta ocia didicerā, trāfferre in actum publicæ admini
strationis optauī. Tu mihi & qui te sapientiū mentibus
īseruit Deus estis cōscii, nullū me ad magistratū nisi cōē

bonorū oīm studiū detulisse. Inde cū improbis graues
inexorabilesq; discordiæ, & (qd' cōscientiæ libertas ha-
bet) p̄ tuēdo iure, sp̄reta potentū semp̄ offensio. Quo-
ties ego Conigastū in imbecillis cuiusq; fortunas impe-
tū facientē, obuius excepi. Quoties Triguillā regiē p̄-
positū dom⁹ ab incepta, perpetrataq; iam, prorsus iniu-
ria deiēci. Quoties miseros, quos infinitis calumnijs im-
punita Barbarorū semper auaritia uexabat, obiecta pe-
riculis autoritate protexi. Nunq̄ me ab iure ad iniuriā
quisq; detraxit. Prouincialiū fortunas, tum priuatis ra-
pinis, tum publicis uectigalibus pessundari, nō aliter, q̄
qui patiebant̄, indolui. Cum acerbæ famis tempore gra-
uis atq; inexplicabilis in dicta coemptio p̄fligatura ino-
pia Campaniā prouinciā uideretur, certamē aduersus
p̄fectū p̄torij, cōmunis comodi rōne, suscepi, rege
cognoscente contendi, & ne coemptio exigeret, eui-
Paulinū cōsularē uirū, cuius opes palatini canes iā spe
atq; ambituōe deuorassēt, ab ip̄is hiantū faucib⁹ retraxi.
Ne albinū cōsularē uirū p̄iudicatæ accusatiōis p̄na cor-
riperet, odijs me Cypriani delatoris opposui. Satis ne ui-
deor in me magnas exacerbasse discordias; sed esse apd'
cæteros tutior debui, qui mihi amore iustitiæ nihil apud
Aulicos / q̄ magis effem tutior reseruauī. Quib⁹ at̄ defe-
rentibus perculsi sumus; quorū Basilus unus oli regio
ministerio depulsus, in delationē nr̄i noīs, alieni æris ne-
cessitate cōpulsus est. Opilionē uero atq; Gaudentium
cū ob iniurias, atq; multiplices fraudes ire in exiliū regia
cēsura decreuisset, cūq; illi parere nolētes sacrarū sese q̄ di-
um defensiōe tuerent̄, cōpertūq; id regi foret, edixit, ut
nisi infra p̄scriptū diē Rauēna urbe decederēt, notas in-

signiti frōtib⁹ pellerēt. Quid huic seueritati posse astrui
uidet^r. Atq^e eodē die deferētib⁹ eisdē nomīs nrī delatio
suscepta est. Quid igit^r: nostrę ne artes ita meruerūt, an
illos accusatores iustos fecit p̄missa dānatio? Ita ne nihil
fortunā p^uduit, si minus accusatæ innocētię, at accusan-
tiū uilitatis? At cuius criminis arguimur? summā q̄ris?
Senatū dicimur saluū esse uoluisse. Modū desideras?
delatorē, ne documēta deferreret, q̄bus senatū lesæ maies-
tatis reū faceret, impediuisse criminamur. Quid igit^r o-
magistra cēsēs? Inficiabimur crimē, ne tibi pudori sim⁹?
At uolui, nec unq̄ uelle desistā, fatebimur? Sed impediē-
di delatoris opa celsabit. An optasse illius ordinis salutē
nefas uocabo? Ille qdē suis de me decretis, uti hoc nefas
esset effecerat, sed sibi semp^r mentiēsi imprudētia, rerū
merita nō potest imutare. Nec mihi Socratico decreto
fas eē arbitror, uel oculuisse ueritatē, uel cōcessisse mē-
daciū. Verū id (q̄ quo mō sit) tuo sapientūq̄ iudicio æsti-
mandū relinq̄. Cuius rei seriē atq̄ ueritatē, ne latere pos-
steros queat, stilo etiā, mēorięq̄ mādaui. Nā de cōpositis
falso litteris, q̄bus libertatē arguor sperasse romanā, qd
attinet dicere? Quare fraus apta patuisset, si nobis ipsoꝝ
cōfessio delatoris, quod in oībus negociis maximas uir-
res habet, uti licuisset. Nam quæ sperari reliqua libertas
potest? Atq̄ utinā posset ulla. Respōdissem Canij uer-
bo: qui cum a Ca. Cæsare Germanici filio conscius con-
tra se factæ cōiurationis fuisset diceretur, si ego (inquit)
scissem, tu nescissem. Qua in re non ita sensus nostros
mœror hebetauit, ut impios scelerata contra uirtutem
querar molitos, sed quæ sperauerint effecisse uehemē-
ter admiror. Nam deteriora uelle, nostri fuerit fortasse

defectus. Perficere aut posse contra innocentiam, que scelerat⁹ quisque conceperit, inspectate Deo, mostro simile est, Unde haud iniuria tuorum quidam familiarium quasiuit. Si quis deus inquit est, unde mala, bona uero unde, si non est. Sed fas fuerit nefarios homines, qui bonorum omnium, totiusque senatus sanguinem petunt, nos etiam, quos propugnare bonis, senatusque uiderant perditum ire uoluisse. Sed num idem de patribus quoque merebamur. Meministi (ut opinor) quam me dicturum quod facturum uel presens ipsa sepe dirigebas. Meministi inquit Veronem cum rex auidus comitis exitum, maiestatis crimine in Albinum delatum ad cunctum senatum ordinem transferre moliret, uniuersi innocentiam senatus quanta mei periculi securitate defenderunt. Scis me haec & uera proferre, & in nulla unquam mei laude iactasse. Minuit. n. quodam modo se prostantis conscientie secretum, quoties ostentando quod factum recipit famae periculum. Sed innocentiam nostram quae excepit euentus uides. Pro uere uirtutis premiis falsi sceleris poenas subimus, Et cuius unquam facinoris manifesta confessio ita iudices habuit in seueritate concordes, ut non aliquis uel ipse humani error ingenium, uel fortunae conditio cunctis mortalibus incerta summitteret. Si inflamare sacras aedes uoluisse, si sacerdotes impio iugulare gladio, si bonis omnibus necem struxisse diceremur, presentem tamen sententiam confessum conuictum uel punisset. Nunc quingentis fere passuum millibus procul moti atque indefensi ob studiū propensius in senatum morti proscriptionisque damnamur, O meritos de simili crimine neminem posse conuincere. Cuius dignitatem reatus ipsi etiam qui detulere uiderunt. Quam uti alicuius sceleris admixtione fuscarer, ob ambitum dignitatis sacrilegio me conscientiam polluisse mentiti sunt. Atqui & tu insita nobis omnem rerum mortalium

cupidinē de nostri animi sede pellebas. Et sub tuis oculis
sacrilegio fas locū esse nō erat. Instillabas em̄ auribus co
gitationibusq; meis quotidie pythagoricū illud ἔπov θεῶν
Sequere deū. Nec cōueniebat uilissimorū me spiritū
p̄sidiā captare, quē tu in hāc excellētiā cōponebas, ut cō
similē deo faceres. Preterea penetral innocēs dom⁹, ho
nestissimorūq; cœtus amicorū, socrer etiā sctūs / & equo
actū ipso reuerēdus ab omni nos criminis huius suspitio
ne defendūt. Sed o nefas. Illi uero de te tāti criminis ca
piunt fidem. Atq; hoc ipso uidebimur affines fuisse ma
leficio q̄a tuis instituti morib⁹, imbuti disciplinis sumus.
Itaq; nō ē satis nihil mihi p̄fuisse tuā reuerētiā, nisi ultro
tu potius mea offensione lacereris. At uero hic etiā nos
tris malis cumulus accedit, q̄ estimatio plurimorū nō
rerū merita, sed fortunæ spectat euentū, eaq; tantū iudicat
esse prouisa quæ felicitas cōmēdauerit. Quo sit / ut æsti
matio bona prima omnium deserat infoelices. Qui nūc
populi rumores / quam dissonę multiplicēsque sententię
piget reminisci. Hoc tantū dixerim ultimam esse aduer
se fortunæ sarcinā, q̄ dum miseris aliquod crimē affigi
tur, q̄ perferunt meruisse credūtur. Et ego q̄dem bonis
omnibus pulsus, dignitatibus exutus, existimatione se
datus, ob beneficiū suppliciū tuli. Videre aut̄ uideor ne
farias sceleratorū officinas gaudio / leticiāque fluitātes per
ditissimū quēq; nouis delationū fraudib⁹ imminētē, ia
cere bonos nostri discrīnis terrore p̄stratos, flagiciosū
quēq; ad audēdū qdē facinus impūitate, ad efficiēdū ve
ro p̄remijs incitari, insontes aut̄ nō modo securitate ue
rum ipsa etiā defensione priuatos. Itaq; libet exclamare.

Metrum quintum primi libri.

O Stellifer cōditor orbis Qui perpetuo nixus solio/
 Rapido cēlū turbīe yfas Legēq̄ pati sidera cogis.
 Vt nūc pleno lucida cornu Totis fratris obuia flāmis
 Cōdat stellas luna minores Nūc obscuro pallida cornu
 Phœbo ppior lumīa pdat Et qui primē tempē noctis
 Agit algētes hesper^o ortus Solitas iterē mutet habenas
 Phœbi pallēs lucifer ortu. Tu frōdīflūē frigore brumē
 Strīgīs lucē breuiore mora Tu cū feruida uenerit estas
 Agiles noctis diuidis horas Tua uis uariū tēperat annū
 Vt q̄s boreē spūs aufert Reuehat mitis zephyr^o frōdes
 Quēq̄ arctur^o semīa uidit Sīrius altas urat segetes
 Nihil antiqua lege solutū Linquit ppriē statiōis op^o
 Oīa certo fine gubernas Hominū sol^o respuis actus
 Merito rector cohibeē mō Nā cū tātas lubrica uersat
 Fortuna uices p̄mit ī fontes Debīta sceleri noxia p̄cena
 At pueri resident celso Mores solio s̄ctaq̄ calcāt,
 Iniusta uice colla nocentes. Latet obscuris cōdita ytus
 Clara tenebris iustusq̄ tulit. Crimen iniqui,
 Nil piuria. nil nocet īplis, Fraus mēdaci cōpta colore
 Sed cū libuit uiribus uti. Quos innūeri metuūt pp̄li.
 Sūmos gaudēt s̄derere reges O iā miseras respice t̄ras
 Quisq̄s r̄erē fœdera nectis Operis tāti pars non uilis
 Hoīes q̄timur fortunē salo. Rapidos rector p̄p̄me fluct^o
 Et q̄ cœlū regis immēsum. Firma stabiles fēdere terras
 ¶ Prosa quinta, Primi libri.

Haec ubi cōtinuato dolore delatraui, illa uultu pla-
 cido nihilq̄ meīs quæstibus mota. P. Cū te inquit
 mœstū lachrymātemq̄ uidissē, ilico miserū exulemq̄
 cognoui. Sed q̄ id longinquū esset exiliū, nisi tua p̄di-
 disse oratio nesciebā. Sed tu quā procul a patria nō qui

dem pulsus es, sed aberrasti. At si te pulsum existimari
mauis, te potius ipse pepulisti. Nā id quidē de te nunq̄
cuiq̄ fas fuisset. Si enī cuius oriū dus sis patrię reminisca
ris, nō uti Atheniensiu quondā multitudis impio regiē,
ἀλλὰ εἰς βασιλεὺς ἔστιν εἰς κοίραρος. Qui frequentia ciuiū
nō depulsiōe lætatur. Cuius agi frenis, atq̄ obtēperare
iustitię summa libertas est. An ignoras illā tuę ciuitatis
antiquissimā legē qua sancitū est, ei ius exulare nō esse,
quisquis in ea sedem fundare maluerit. Nam qui uallo
eius ac munimine continetur, nullus metus est, ne exul
esse mereat. At quisqs inhabitare eā uelle desierit, parit̄
desinit etiā mereri. Itaq̄ nō tā me loci huius, q̄ tua facies
mouet. Nec bibliothecę potius comptos ebore ac uitro
parietes, q̄ tuę mētis sedē requiro. In qua nō libros, sed
id quod libris pretiū facit, librorū quondā meorū sentē
tias collocaui. Et tu quidē de tuis in cōmune bonū meri
tis uera quidē, sed pro multitudine gestorū tibi pauca di
xisti. De obiectorū tibi uel honestate, uel salitate, cūctis
nota memorasti. De scelerib⁹, fraudibusq̄ delatorū re
cte tu quidē strictim attingendū putasti, qđ ea melius,
uberiusq̄ recognoscētis oīa uulgi ore celebrent. Incre
pisti etiā uehemēter iniusti factū senat⁹. De nostra etiā
criminatiōe doluisti, læx quoq̄ opiniōis dāna fleuisti.
Postremo aduersus fortunā dolor incanduit, conque
stusq̄ es nō æqua meritis premiā pēfari. In extremo mu
sæ seuiētis, ut quæ coelū, terras quoq̄ pax regeret, uota
posuisti. Sed quoniā plurimus tibi affectuū tumultus in
cubuit, diuersūq̄ te dolor, ira, mæror distrahūt, uti nūc
mētis es, nondū te ualidiora remedia contingūt. Itaq̄ læ
niorib⁹ paulisp̄ utemur, ut q̄ in tumorē p̄turbatiōibus

influentibus in duruerunt ad acrioris vim medicaminis
recipiendā, tactu blandiore mollescant.

Metrum sextum primi libri.

CVm phebi radijs graue, Canceri sidus inestuat
Tū qui larga negāub⁹ Sulcis semina credidit
Elusus cereris fide / Quernas p̄gat ad arbores
Nunq̄ purpureum nemus, Lecturus uiolas / petas.
Cum seq̄uis aquilonibus Stridēs cāpus inhorruit,
Nec querās auīda manu Vernos strigere palmites
Vuis si libeat frui, Autumno potius sua
Baccus munera contulit Signat tempora proprijs,
Aptans officijs deus Nec quas ipse coercuit
Misceri patitur vices, Sic quod p̄cipiti via
Certum deserit ordinem Lætos non habet exitus.

Prosa sexta primi libri.



Rimum igitur pateris ne me pauculis rogatiōi
bus statū tuæ mētis attingere, atq; tētare, ut qui
modus sit tuæ curatiōis itelligā. B. Tu uero ar
bitratu (i quā) tuo que uoles ut respōsurū rogato. P. Tū
illa. Hunc cōne īquit mūdū temerarijs agi fortuitisq; cali
bus putas? An ullū credis ei inesse regimē rationis? Bo.
Atqui inquā nullo existimaueri modo, ut fortuita teme
ritate tā certa mouerent. Verū operi suo cōditorē p̄sides
re deū scio. Nec unq̄ fuerit dies qui me ab hac sentētię
veritate depellat. P. Ita est inquit, Nam id etiā paulo ante
ceciniſti, hōi esq; tm̄ diuīę exortes curę esse deplorasti.
Nā de ceteris quin ratiōe regerētur nihil mouebare. Pa
pe autē uehemēter admiror, cur in tam salubri sentētia
locatus ægrotes. Verū altius perſcrutemur, nescio quid
abesse cōiecto. Sed dic mihi, qm̄ a deo mūdū regi nō

ambigis, quibus gubernaculis regatur etiam aduertis? Vix in
quam rogationis tuae sententiam nosco, nedum ad inquisita
respondere queam. Num me inquit fecellit abesse aliquid
per quod uelut hiante ualli robore in animu tuu pertur
bationu morbus irreperit? Sed dic mihi, meministi ne
qui sit rerum finis? quoue totius naturae tendat intentio?
Audieram inquit, sed memoriam meceror hebetauit. At
qui scis unde cuncta processerint? Noui inquit. Deum quod
esse respondi. Et quid fieri potest, ut principio cognito, quod
sit reru finis ignores? Verum hi perturbationu mores,
& ea ualencia est, ut mouere quidem loco hominem possint,
conuellere autem, sibi quod totum extirpare non possint. Sed
hoc quoque respondeas uelim, hominem ne te esse memi
sti? Quid ni inquam meminerim? Quid igitur homo sit poteris
ne proferre? Hoccine interrogas, an esse me sciam ratio
nale animal, atque mortale? Scio, & id me esse confiteor. Et
illa, nihil ne te aliud esse nouisti? Nihil. Jam scio inquit tui
morbi aliam uel maximam causam, quid ipse sis nosse desis
sti. Quare plenissime uel egritudinis tuae rationem, uel ad
tuum recouiliandae sospitatis inueni, Nam quonia tui obliuio
ne confunderis, & exulem te, & expoliatum propriis bo
nis esse doluisti, Quonia uero quis sit rerum finis igno
ras nequam homines, atque nefarios potentes, felices quod ar
bitraris. Quonia uero quibus gubernaculis mundus re
gatur oblitus es, has fortunaru uices existimas sine recto
re fluitare, magnae non ad morbum modo, uerum ad inter
rium quoque causae. Sed sospitatis auctori grates, quod te
nondum totum natura destituit. Habemus maximu tuae fo
mitis salutis, ueram de mundi gubernatione sententiam, quod
eam non casuum temeritati, sed diuinae rationi subditam

credis. Nihil igitur pertimescas. Iam tibi ex hac minima
 scintillula vitalis calor illuxerit. Sed quoniam firmioribus
 remedijs nondū tempus est. ~~uti~~, & eam mentiū con-
 stat esse naturam, ut quotiens abiecerint ueras, falsis opi-
 nionibus induantur, ex quibus orta perturbationū cali-
 go uerum illum confundit intuitum, hanc paulisper le-
 nibus, mediocribusq; fomentis attenuare tentabo, ut di-
 motis fallacium affectionum tenebris, splēdorem ueræ
 lucis possis agnoscere.

C Metrum septimum, primi libri.

| | |
|------------------------|------------------|
| N Vibibus atris | Condita, nullum |
| Fundere possunt | Sidera lumen. |
| Si mare uoluens | Turbidus auster |
| Miscet æstum, | Virea dudum, |
| Parq; serenis | Vnda diebus |
| Mox resoluta | Sordida cœno, |
| Visibus obstat. | Quiq; uagatur |
| Montibus altis | Defluus amnis |
| Sæpe resistit | Rupe soluti |
| Obice saxi. | |
| Tu quoq; si uis | Lumine claro |
| Cernere uerum, | Tramite recto |
| Carpere callem, | Gaudia pelle, |
| Pelle timorem, | Spemq; fugato, |
| Nec dolor adfit. | Nubila mens est |
| Vinctaq; frenis | Hæc ubi regnant. |

Finitur hic liber primus Boethij

de Consolatione Philo-

sophiæ.

ANITII MANLII SEVERINI BOE
thij uiri consularis De philosophiæ con-
solatione Liber Secundus.



Ost hæc paulisper obticuit, atq; ubi atten-
tionem meã modesta taciturnitate collegit
sic exorsa est. Si penitus ægritudinis tuæ
causas, habitumq; cognoui, fortunæ prio-
ris affectu, desiderioq; tabescis, ea tantū animi tui statū,
sicuti tu tibi fingis mutata peruertit. Intellego multiformes
illius prodigij fucos, et eo usq; cū q̄s eludere niti-
t̄, blādisimā familiaritatē exercit, dū intolerabili dolore
cōfundat, quos insperata reliquerit. Cuius si naturā, mo-
res, ac meritū reminiscare, nec habuisse te in ea pulchrū
aliquid, nec amisisse cognosces. Sed, ut arbitror, haud
multū tibi hæc in memoriā reuocare laborauerim. Sole-
bas em̄ præsentē quoq; blandientēq; uirilibus incesses-
se uerbis, eamq; de nostro adyto platis insectabare sen-
tentijs. Verū ois subita mutatio rerū nō sine quodā q̄si
cōflictu cōtingit animorū. Sic factū est ut tu q̄q; paulis-
per a tua trāquillitate discesseris. Sed tēpus est haurire te
aliquid, ac degustare molle, atq; iucundū, qđ ad interiora
trāmissum ualidioribus haustibus uiam fecerit. Adsit
igit̄ Rhetoricæ suadela dulcedinis, quæ tūc tantū recto
calle procedit, cū nostra instituta nō deserit, cumq; hac
musicalis nostri uernula nunc leuiores, nunc grauior-
es modos succinat. Quid est igit̄ o homo, qđ te in me-
stitiam luctūq; deiecit? nouū credo aliquid, inusitatūq; ui-
disti. Tu si fortunā putas erga te esse mutatā, erras. Hi
semp̄ eius mores, hæc natura est. Seruauit circa te pro-

priā potius in ipsa sui mutabilitate cōstantiā. Talis erat cū
blandiebat, cū tibi falsæ illecebris felicitatis alluderet. De
p̄hendisti cęci numinis ambiguos uultus. Quę sese ad
huc uelat alijs, tota tibi prorsus innotuit. Si p̄bas, utere
moribus, ne queraris. Si p̄fidiā perhorrescis, sperne atq̄
abijce p̄niciosa ludentiē. Nā quę nūc męroris tibi causa
tāti est, hęc eadē trāquillitatis esse debuisset. Reliq̄t enī
te, quā nō relicturā nemo unq̄ poterit esse securus. An
uero tu p̄ciosam æstimas abiturā felicitatē, & chara tibi
est fortuna p̄sens, nec manē di fida & cū discesserit allatu
ra męrorē. Quod si nec ex arbitrio retineri pōt, & cala
mitosos fugiens facit, quid est aliud fugax, q̄ futuræ q̄d
dam calamitatis inditiū. Neq̄ enī quod ante oculos sit
tum est, suffecerit intueri. Rerū exitus prudentia meit̄,
eadēq̄ in alterutro mutabilitas nec formidandas fortu
næ minas, nec exoptandas facit esse blandicias. Postres
mo æquo animo toleres oportet, quicq̄ intra fortunę
arē gerit, cū semel iugo eius colla summisseris. Quod
si manendi abeundiq̄ scribere legē uelis ei, quam tu do
minam sponte elegisti, nonne iniurius fueris, & impa
tientia tua sortē exacerbabis, quā permutare nō possis.
Si uentis uela cōmitteres, nō quo uoluntas peteret, sed q̄
flatus impelleret, promoueris. Si aruis semina crederes,
fertiles inter se annos sterilesq̄ pensares, Fortunæ te re
gendū dedisti, doīe moribus oportet obtemperes. Tu
uero uoluentis rotæ impetū retinere conaris. At omnium
mortalium stolidissime, si manere incipit, sors eē desinit.

Metrum primū, secundi libri.

HAec cum superba uerterit uices dextra,
Exæstuantis more fertur Euripi,

Dudum tremendos sæua proterit reges,
Humilemque uicti subleuat fallax uultum,
Non illa miser os audit, aut curat fletus,
Ultroque gemitus, dura quos fecit, ridet.
Sic illa ludit, sic suas probat uires,
Magnumque suis monstrat ostentum, si quis
Visatur una stratus, ac felix hora.

¶ Prosa secunda, secundi libri.

Vellem aut pauca tecum fortunæ ipsius uerbis agitare.
Tu igitur an ius postulet, animaduerte. Quid tu o homo
re am me quouidianis agis quærelis? Quam tibi feci-
mus iniuriã? Quæ tua tibi detraxim? bona? Quouis iu-
dice de opum dignitatibusque mecum possessione contende. Et
si cuiusque mortaliu propriu quod horu eẽ monstraueris, ego
iam tua fuisse quæ repetis sponte concedam. Cum te de
matris utero natura produxit, nudu rebus oibus, inopemque
suscepi, meis opibus foui, & quod te nunc impatientem nostri fa-
cit, fauore prona indulgentius educaui, & oim quæ mei
sunt iuris affluentia & splendore circumdedi, nunc mihi re-
trahere manu libet. Habes gratias uelut usus alienis, non
habes ius quærelæ, tanquam tua perdidideris prorsus. Quid
ergo ingemiscis? nulla tibi a nobis illata e uiolentia. Opes
honores, cæteraque taliu mei sunt iuris. Dominam famulæ
cognoscunt, mecum ueniunt, me abeunte discedunt. Audacter
affirmem si tua foret, quæ amissa conuæreris, nullo modo per-
didisses. An ego sola me ius exercere prohibeor? Licet
coelo, præferre lucidos dies, eosdemque tenebrosis noctibus
condere. Licet anno terræ uultu, nunc floribus frugibusque
redimire, nunc nimbis frigoribusque confunderi. Ius est ma-
ri, nunc strato æquore blandiri, nunc procellis ac fluctibus

inhorrescere. Nos ad constantiã nostris moribus alienã
 inexpleta hoim cupiditas alligabit. Hæc nostra uis est.
 Hũc cõtinuũ ludũ ludimus. Rotam uolubili orbe uer-
 sam. Infima summis, summa infimis mutare gaudem.
 Ascende si placet, sed ea lege, ne uti cũ ludicri mei ratio
 poscet, descendere iniuriam putes. An tu mores ignora-
 bas meos. Nesciebas Croesum regẽ Lidorũ Cyro pau-
 loante formidabilẽ, mox deinde miserandũ rogi flam-
 mis traditum misso coelitus imbre defensum. Num te
 præterit Paulũ Persi regis a se capti calamitatibus piã
 impendisse lachrymas. Quid tragediarũ clamor aliud
 deflet, nisi indiscreto ictu fortunã felicia regna uertentẽ.
 Nonne adolescentulus, *δύα πίθους, τὸν μὲν ἕνα κακῶν, τὸν δὲ*
ἕτερον τῶν ἀγαθῶν, In Iouis limine iacere didicisti. Quid si
 uberius de bonorũ parte sumpsisti. Quid si a te nõ tota
 discessi. Quid si hæc ipsa mei mutabilitas iusta tibi causa
 est sperandi meliora. Tñ ne aĩo cõtabescas, & intra cõ-
 mune oĩbus regnũ locat, pprio iure uiuere desideres.

¶ Metrun secundũ. secundĩ libri.

SI quantas rapidis flatibus incitus
 Pontus uersat har enas,
 Aut quot stelliferis edita noctibus
 Cœlo sidera fulgent,
 Tantas fundat opes, nec retrahat manum
 Pleno copia cornu,
 Humanum miseris haud ideo genus
 Cesset flere querelas,
 Quam uis uota libens excipiat deus
 Multi prodigus auri,
 Et claris auidos ornet honoribus

Nil iam parta uidentur.
Sed quæ sita uorans sæua rapacitas
Alios pandit hiatus.
Quæ iam præcipitem frena cupidinem
Certo sine retentent:
Largis cum potius muneribus fluens
Sitis ardescit habendi.
Nunquam diues agit, qui trepidus gemens
Sese credit egentem.

¶ Prosa tertia, secundi libri.

Hisigit si pro se tecum uerbis fortuna loqueretur, quod profecto contra hisceres, non heres. At si quid est, quo querelam tuam iure tuearis, proferas oportet, dabimus dicendi locum. Tum ego speciosa quædam ista sunt in quibus obliuioque rethoricæ ac musicæ melle dulcedinis, tum tantum, cum audiunt, oblectant. Sed miseris malorum altior sensus est. Itaque cum hæc auribus insonare desierint, insitus animum meror prægrauat. Et illa, ita est, inquit. Hæc enim nondum morbi tui remedia, sed adhuc contumacis aduersus curationem doloris fomenta quædam sunt. Nam quæ in profundum sese penetrat, cum tempestiuum fuerit, admouebo. Verum tamen ne te existimare miserum uelis, an numerum modumque tuæ felicitatis oblitus es? Taceo quod desolatam parente sum morum te uirorum cura suscepit, delectusque in affinitatem principum ciuitatis, quod preciosissimum genus est propinquitatis, prius charus, quam proximum esse coepisti. Quis non te felicissimum cum tanto splendore socerorum, cum coniugis pudore, cum masculæ quoque prolis opportunitate prædicabit? Prætereo (libet enim prætereire communia) sumptas in adolescentia negatas senibus dignitates, ad singulare

felicitatis tuę cumulū uenire delectat. Si q̄s rerę mortaliū
fructus ullū beatitudinis pondus habet, poterit ne illius
memoria lucis cęta libet ingruentiū malorę mole deleri?
Cum duos pariter cōsules liberos tuos domo puehi,
sub frequentia patrū, sub plebis alacritate uidisti, cū eis dē
in curia curules insidentibus, tu regię laudis orator, in-
genij gloriā facundięq; meruisti. Cum in circo duorum
medius consulū circūfusę multitudinis expectationem
triūphali largitione faciasti; dedisti (ut opinor) uerba for-
tunę dū te illa demulcet, dū te ut delicias suas fouet. Mu-
nus qđ nulli unq; priuato cōmodauerat abstulisti. Vis
ne igit cū fortuna calculū ponere? Nunc te primū liuen-
ti oculo perstrinxit. Si numerū, modūq; lætorum tristis-
umue cōsideres, adhuc te felicē negare non possis. Qđ
si iccirco te fortunatū esse nō existimas, quoniā quę tūc
lęta uidebant, abierūt, Nō est quod te miserū putes, qm̄
quę nūc męsta credunt, præter eūt. An tu in hanc uitę
scenā nūc primū subitus hospesq; uenisti; ullā ne huma-
nis rebus inesse constantiā reris? cū ipsum sæpe hominē
uelox hora dissoluat. Nam & si rara est fortuitis rebus
manendi fides, ultimus tñ uitę dies mors qđam fortu-
næ est etiā manentis. Quid igitur referre putas? Tu ne
illam moriendo deferas, an te illa fugiendo?

Metrum tertium, secundi libri.

Cum polo Phœbus roseis quadrigis
Lucem spargere cœperit,
Pallet albenteis hebetata uultus
Flammis stella prementibus.
Cum nemus flatu zephyri tepentis
Vernis irruuit rosis,

Spir et insanum nubilosus auster

Iam spinis abeat decus.

Sæpe tranquillo radiat sereno

Immotis mare fluctibus.

Sæpe feruentes a quilo procellas

Verſo concitat æquore.

Rara ſi conſtat ſua forma mundo,

Si tantas uariat uices.

Crede fortunis hominum caducis.

Bonis crede fugacibus.

Conſtat æterna, poſitumq; lege eſt.

Vt conſtet genitum nihil.

C Proſa quarta, ſecundi libri,

T Vm ego, uera in quã cõmemoras, o uirtutũ omniũ
nutrix, nec inficiari poſſum proſperitatis meæ ue-
lociſſimũ curſum. ſed hoc eſt quod reſolentẽ me uehe-
mentius coquit, Nam in omni aduerſitate fortunæ, infe-
liciſſimũ genus eſt infortunij fuiſſe felicẽ, Sed quod tu
inquit falſæ opiniois ſupplicium luis, id rebus iure imputa-
ri nõ poſſis. Nam ſi te hoc inane nomẽ fortuitę felicita-
tis mouet, q̃ plurimis maximisq; abundes, mecum repu-
tes licet. Igit ſi quod in omni fortunæ cẽſu p̃cioſiſſimũ
poſſidebas, id tibi diuinitus illeſum adhuc iuiolatumq;
ſeruat, poteris ne meliora queq; retinens de infortunio
iure cauſari? Atq; uiget incolumis illud p̃cioſiſſimũ hu-
mani generis decus Symmachus ſocer, & qd' uitę p̃cio
nõ ſegnũ emeret, uir totus ex ſapientia uirtutibusq; fa-
ctus, ſuarũ ſecurus, tuis ingemiſcit iniurijs. Viuit uxor
ingenio modeſta, pudicitia pudore p̃cellens, & ut om-
nes eius dotes breuiter icludã, patri ſimilis. Viuit in quã.

C

tibiq; tm̄ uitæ huius exosa spiritū seruat, Quo uno felicitatē minui tuam uel ipsa concesserim, tui desiderio lachrymis ac dolore tabescit. Quid dicam liberos consulares, quorum iam ut in id ætatis pueris uel paterni uel auiti specimen elucet ingenij. Cum igit̄ p̄cipua sit mortalibus uitæ cura retinendæ, o te, si tua bona cognoscas felicem, cui suppetūt etiā nunc, quæ uita nemo dubitat esse chariora, Quare sicca iam lachrymas. Nondū est ad unū te omneis exosa fortuna, nec tibi nimiū ualida tempestas incubuit, quādo tenaces hærent anchoræ, q̄ nec p̄sentis solamē, nec futuri spem temporis abesse patiātur. Et hæreant inquā precor, illis nanq; manentibus, utcūq; se res habeant, enatabimus. Sed quantū decus ornamenti nostris decesserit, uides. Et illa, promouimus, inquit aliquantulū, si te nondū totius tuæ fortis piget. Sed delicias tuas ferre nō possum, qui abesse aliquid tuæ beatitudini tam luctuosus, atq; anxius cōquereris. Quis est enim tam compositæ felicitatis, ut nō aliqua ex parte cū status sui qualitate rixetur? Anxia enī res est humanorum cōditio bonorū, & quæ uel nunq; tota proueniat, uel nunq; perpetua subsistat. Huic census exuberat, sed est pudori degener sanguis. Hūc nobilitas notū facit, sed angustia rei familiaris inclusus, esse mallet ignotus. Ille utroq; circūfluus uitam coelibē deflet. Ille nuptijs felix, orbis liberis, alieno censum nutrit hæredi. Alius prole lætatus, filij, filiæue delictis mœstus illachrymat. Iccirco nemo facile cum fortunæ suæ conditione concordat. Inest enī singulis qd̄ inexpertus ignoret, & expertus exhorreat. Adde qd̄ felicissimi cuiusq; delicatissimus sensus est, & nisi ad nutum cuncta suppetant, omnis aduer

litatis insolens, minimis quibusq; prosterntur, adeo per
exigua sunt quæ fortunatissimis beatitudinis summam
detrahunt. Quā multos esse coniectas, qui sese cælo p
ximos arbitrentur, si de fortunę tug reliquijs pars eis mi
nima contingat? Hic ipse locus quem tu exilium uocas,
incolentibus patria est. Adeo nihil est miserum nisi cū
putes, contraq; beata fors omnis est æquanimitate tole
rantis. Quis est ille tam felix, qui cum dederit impatiens
tiæ manus, statum suum mutare non optet? Quā mul
tis amaritudinibus humanæ felicitatis dulcedo resper
sa est, quæ si etiam fruenti iucunda esse uideatur, tamē
quo minus cum uelit, abeat, retineri non possit. Liquet
igitur q̄ sit mortalium rerū misera beatitudo, quæ nec
apud æquanimos perpetua perdurat, nec anxios tota
delectat. Quid igitur o mortales extra petitis, intra uos
positam felicitatē? Error uos, inscitiaq; cōfundit. Osten
dam breuiter tibi summæ cardinē felicitatis, Est ne ali
quid tibi teipso p̄ciosius? Nihil inquires. Igitur si tui com
pos fueris, possidebis quod nec tu unq; amittere uelis,
nec fortuna possit auferre. Atq; ut agnoscas in his for
tuitis rebus beatitudinē constare nō posse, sic collige. Si
beatitudo est summum naturæ bonū ratione degentis.
nec illud est summū bonū, quod eripi ullo mō potest.
(quoniā præcellit id quod nequeat auferri) manifestū
est, quod ad beatitudinē p̄cipiendam fortunæ instabili
tas aspirare non possit. Ad hæc quē ista caduca felicitas
uehit, uel scit eam, uel nescit esse mutabilē. Si nescit, quæ
nam beata fors esse potest ignorantia cæcitate. Si scit,
metuat necesse est ne amittat, qđ amitti posse nō dubi
tat. Quare cōtinuus timor non sinit eē felicem. An uel si

amiserit, negligendū putat. Sic quoq; pexile bonū est,
quod æquo animo feratur amissum. Et quoniā tu idem
es, cui persuasum est, atq; insitū permultis demōstrati-
onibus, scio, mētes hoīm nullo mō esse mortales. Cūq;
clarū sit, fortuitā felicitatē corporis morte finiri, dubita-
ri nequit, si hæc auferre beatitudinē pōt, qn omne mor-
taliū genus in miserā mortis sine labat. Quod si multos
scimus beatitudinis fructū nō morte solū, uerū etiā do-
loribus, supplicijq; quæsiisse, qnā modo p̄sens uita fa-
cer e beatos potest, quæ misero transacta non efficit.

Metrum quartū, secundi libri.

| | |
|-------------------------------|------------------------|
| Q uisq; uolet perennem | Cantus ponere sedem, |
| Stabilisq; nec sonori | Sterni flatibus euri, |
| Et fluctibus minantem | Curat spernere pontū, |
| Montis cacumen alti | Bibulas uitat harenas. |
| Illud proteruus auster | Totis uiribus urget. |
| Hæ pendulum solutæ | Pondus ferre recusant. |
| Fugiens periculosam | Sortem sedis amcenæ. |
| Humili domum memento | Certus figere saxo, |
| Quamuis tonet ruinis | Miscēs æquora uētus. |
| Tu conditus quieti | Felix robore ualli, |
| Duces serenus æuum | Ridens ætheris iras, |

Prosa quinta, secundi libri.

Sed quoniā rōnum iam in te mearū fomenta descen-
dunt, paulo ualidioribus utendū puto. Age em̄ si iā
caduca & inanimata fortuna dona non essent, quid in
eis est, quod aut uestrū unq; fieri queat, aut non perspe-
ctum, cōsideratūq; uile scat. Diuitiæ ne uel uestri uel sui
natura p̄ciosæ sunt. Quid earū potius, aurum ne, an uis
cōgesta pecuniæ: at qui hæ effundēdo magis q; coacer

uando melius nitent. Siquidē auaritia semper odiosos,
claros largitas efficit. Quod si manere apud quenq̄ nō
potest, quod transferē in alterū, tunc est p̄ciosa pecunia
cū translata in alios usu largiēdi desinit possideri. At eā
si apud unū quāta est ubiq̄ gentiū cōgerat, cæteros sui
inopes facit. Et uox quidē tota pariter multoq̄ replet au
ditū. Vestræ uero diuitiæ nisi cōminutæ in plures transf
ire nō possunt. Quod cū factū est, pauperes necesse est
faciant, quos relinquūt. Oigit̄ angustas, inopesq̄ diuis
tias, quas nec habere totas plurib⁹ licet, & ad quemlibet
sine cæterorū paupertate nō ueniūt. An gemmarū ful
gor oculos trahit? Sed siquid est in hoc splendore præci
pui, gemmarū est lux illa nō hominū. Quas q̄dem mira
ri hoies uehemēter admiror. Quid est enī carens anime
motu atq̄ mēbrorū cōpage, quod animatæ rōnabiliq̄
naturæ pulchrū esse iure uideat. Quæ tamen si cōditoris
opera, suiq̄ distinctiōe postremæ aliqd̄ pulchritudinis
trahunt, infra uestrā tamē excellentiā collocatæ, admira
tionē uestrā nullo modo merebant. An uos agrorū pul
chritudo delectat? quid nō? Est enī pulcherrimi operis
pulchra portio. Sic quondā sereni maris facie gaudem⁹
sic cælū, sidera, solem, lunāq̄ mirant. Nū te horū aliqd̄
attingit? num̄ audēs alicuius taliū splēdore gloriari? An
uernis floribus ipse distingueris? aut tua in æstiuos fru
ctus intumescis ubertas? Quid in anibus gaudijs raper
ris? Quid externa bona pro tuis amplexaris? Nūq̄ tua
faciet fortuna, quæ a te natura rerū fecit aliena. Terrarū
quidē fructus aiantū p̄culdubio debent alimentis. Sed
si quod naturæ satis est, replere indigentiam uelis, nihil
est quod fortunæ affluentiam petas. Paucis enī, minimisq̄

natura contenta est. Cuius facietatem si superfluis urge
re uelis, aut iniucundum quod infuderis fiet, aut noxiū.
lam uero pulchrum uarijs fulgere uestibus putas? Qua
rum si grata intuitu species est, aut materie naturam, aut
ingeniū mirabor artificis. An uero te longus ordo fa
mulorum facit esse felicem? qui si uitiosi moribus sint,
pernitiosa domus sarcina, & ipsi domino uehemēter in
imica. Sin uero probi sint, quonā modo in tuis opibus
aliena probitas numerabitur? Ex quibus omnibus ni
hil horum quæ tu in tuis computas bonis, tuum esse bo
num liquido monstratur. Quibus si nihil inest appeten
dæ pulchritudis, quid est, qd' uel amissis doleas, uel læ
teris retentis? Quod si natura pulchra sunt, quid ita tua
refert? Nam hæc per se a tuis quoq; opibus sequestrata
placuisse. Neq; enī iccirco sunt preciosa q; in tuas ue
nere diuitias, sed quoniam preciosa uidebant, tuis ea di
uitijs annumerare maluisti. Quid autem tanto fortunæ
strepitu desideratis? fugare credo indigentiam quæritis
copia, atq; hoc uobis in contrarium cedit. Pluribus q; p
pe adminiculis opus est ad tuendam præciosæ supelle
ctilis uarietatem. Verūq; illud est permultis eos indige
re, q; p multa possidēt. Contraq; minimo idigere, q; abū
dantiā suā naturæ necessitate, nō ambitus sui superflui
tate, metiantur. Ita ne aut nullum est propriū uobis atq;
insitum bonū, ut in externis ac sepositis rebus bona ue
stra quærat. Sic rerum uersa conditio est, ut diuinum
merito rationis animal, non aliter sibi splendere, nisi in a
nimatæ supellectilis possessione uideatur. Et alia quidē
suis contenta sunt. Vos autem Deo mente conformes,
ab rebus infimis excellentis naturæ ornamenta captatis,

nec intelligitis, quantam conditori uestro faciatis iniuri-
am. Ille genus humanum terrenis omnibus prestare uo-
luit. Vos dignitatem uestrā infra quāq; infima detruditis.
Nam si omne cuiusq; bonum, ideo cuius est, constat esse
preciosius, cum uilissima rerum uestra bona esse iudica-
tis, eisdem uosmetipsum uestra existimatiōe summittitis.
Quod quidem haud immerito cadit. Humanæ quippe
naturæ hæc conditio est, ut tum tantum cæteris rebus
cum se cognoscit, excellat. Eadem tamē infra bestias re-
digatur, & se nosse desierit. Nam cæteris aīantibus sese
ignorare natura est, hominibus uero, uitio uenit. Quā
uero late patet uester hic error, qui ornari posse, aliqd
ornamentis existimatis alienis. At id fieri nequit. Nam
si quid ex appositis luceat, ipsa qdem quæ sunt apposita
laudantur, illud uero his tectum atq; uelatū, in sua nihil
ominus fœditate per durat. Ego uero nego illud esse bo-
num, quod noceat habēti. Num id mentior? minime in-
quies. Atq; diuitiæ possidentibus persæpe nocuerunt,
cū pessimus quisq;, eoq; alienis magis auid⁹, quicqd usq;
auri, gemmarūq; est, se solum qui habeat dignissimum
putat. Tu igit qui nūc contū, gladiumq; sollicitus perti-
mescis, si uitæ huius callē uacuis uiator intrasses, coram
latrone cantares. O p̄ clara opum mortaliū beatitudo,
quā cum adeptus fueris, securus esse desisti.

¶ Metrum quintum, secundi libri.

Felix nimium prior ætas, Cōtenta fidelibus aruis,
Nec inerta p̄ dita luxu, Facili quæ sera solebat
Ieiunia soluere glande. Nec bachica munera norat
Liquido cōfundere melle. Nec lucida uellera serum
Tyrio miscere ueneno. Somnos dabat herba salubres

Potū quoqꝫ lubricus amnis. Umbras aluiffima pinus.
 Nondū maris alta secabat. Nec mercibꝫ undiqꝫ lectis
 Noua littora uiderat hospes. Tūc classica seua tacebāt
 Odijs neqꝫ fufus acerbis Cruor horrida tūxerat arma.
 Quid enī furor hosticꝫ ulla Vellet prior arma mouere
 Cū uulnera seua uideret. Nec p̄mia sanguinis ulla.
 Utinā mō nostra redirēt In mores tempora priscos
 Sed seuior ignibꝫ Aetnae Feruēs amor ardet habēdi.
 Heu primus quis fuit ille Auri qui pondera tecti
 Gemmasqꝫ latere uolentes Preciosa pericula fodit.

¶ Prosa sexta, secundi libri.

Quid autē de dignitatibus potentiaqꝫ differā, quas
 uos uere dignitatis ac potestatis in scij, celo ex aqꝫ
 tis. Quæ si in improbissimū quēqꝫ ceciderint, quæ in cē
 dia flammis Aetnae eructantibus, quod diluuiū tantas
 strages dederit. Certe: uti meminisse me arbitror, consu
 lare imperiū, quod libertatis principiū fuerat, ob super
 piam consulū uestri ueteres abolere cupierūt, qui ob eā
 dem superbiā prius regnū de ciuitate nomē abstulerāt.
 At si qñ, quod prarū est, probis honores deferāt, quid
 in eis est aliud q̄ probitas utentiū placet. Ita fit ut non uir
 tutibus ex dignitate, sed ex uirtute, dignitatibus honor
 accedat. Quæ uero est ista uestra expetibilis ac præcla
 ra potentia. Nonne o terrena aīalia consideratis, quibus
 p̄sidere uideamini. Nam si inter mures uideres unū ali
 quē ius sibi ac potestatē præ cæteris uendicantē, quanto
 moueris cachinno. Quid uero si corpus spectes, im
 becillius homine reperire queas, quos sæpe muscularū
 quoqꝫ uel morsus uel in secreta quēqꝫ reptantiū necat in
 troitus. Quo uero quisqꝫ ius aliquod in quēpiam, nisi

in solum corpus, & quod infra corpus est, fortunã lo-
quor, possit exercere? Num quicq̃ libero unq̃ impera-
bis animo? Num mentẽ firma sibi ratione cohærentem
de statu pprie quietis amouebis? Cum liberũ quẽdam
uirũ supplicijs se tyrannus adacturũ putaret, ut aduersũ
se factæ cõiurationis conscios pderet, linguam ille mo-
mordit atq̃ abscidit, & in os tyranni sæuientis abiicit. Ita
cruciatus, quos putabat tyrannus materiã crudelitatis,
uir sapiens fecit esse uirtutis. Quid autẽ est quod in aliũ
facere possit quisq̃, quod sustinere ab alio ipse non pos-
sit? Busiridem accepimus necare hospites solitũ, ab Her-
cule hospite fuisse mactatũ. Regulus plures Pœnorum
bello captos in uĩcula cõiecerat, sed mox ipse uictorum
cathenis manus p̃buit. Vllam ne igit̃ eius hominis potẽ-
tiam putas, qui quod ipse in alium potest, ne id in se alter
ualeat, efficere non possit? Ad hæc, si ipsis dignitatibus,
ac potestatibus inesset aliqd naturalis ac proprij boni,
nunq̃ pessimis puenirẽt, necq̃ enĩ sibi solent aduersa so-
ciari, Natura respuit, ut cõtraria quæq̃ iungant̃. Ita cum
pessimos plerũq̃ dignitatibus fungi dubiũ non sit, illud
etiã liquet, natura sui bona nõ esse quæ se pessimis hære
re patiantur. Quod q̃dem de cunctis fortunæ muneris-
bus dignius existimari potest, quæ ad improbissimum
quẽq̃ uberiora proueniũt. De q̃bus etiã illud cõsiderã-
dum puto, quod nemo dubitat esse fortem, cui fortitu-
dinẽ inesse conspexerit. Et cuiuscq̃ uelocitas adest, ma-
nifestum est, esse uelocẽ. Sic musica q̃dem musicos, me-
dicina medicos, rethorica rethores facit. Agit enĩ cuius-
q̃ rei natura quod propriũ est, nec contrariarum rerũ
miscetur effectib⁹, sed ultro quæ sunt aduersa depellit.

D

Atqui nec opes inexpletam extinguere auaritiam que-
unt. Nec potestas sui cōpotem fecerit, quē uitiōsæ libi-
dines insolubilibus astrictum retinēt cathenis. Et colla-
ta improbis dignitas, non modo non efficit dignos, sed
prodit potius, & ostētat indignos. Cur ita puenit? Gau-
detis enim, sese res aliter habentes falsis cōpellare nomi-
nib⁹, q̄ facile ipsarū rerum redarguūt effectu. Itaq; nec
illæ diuitiæ, nec illa potentia, nec hæc dignitas iure appel-
lari potest. Postremo idem de tota fortuna concludere
licet, in qua nihil expetendum, nihil natiuæ bonitatis in-
esse manifestum est, quæ nec se bonis semper adiungit,
& bonos, quibus fuerit adiuncta, non efficit.

¶ Metrum sextum, secundi libri.

Nouimus quantas dederit ruinas
Urbe flammata, patribusq; cæsis.

Fratre qui quondam ferus interempto
Matris effuso maduit cruore.

Corpus & uisu gelidum pererrans,

Ora non tinxit lachrymis, sed esse

Censor extincti potuit decoris.

Hic tamen sceptro populos regebat,

Quos uidet condens radios sub undas,

Phœbus extremo ueniens ab ortu,

Quos premunt septem gelidi triones,

Quos notus sicco uiolentus æstu

Torret, ardentem recoquens arenas.

Celsa num tandem ualuit potestas

Vertere prauis rabiem Neronis?

Heu grauem sortem quotiens iniquus

Additur sauo gladius ueneno.

¶ Prosa septima, secundi libri.

TVM ego, scis in quā ipsa, nimium nobis ambitionē
mortalium rerū fuisse dominatā. Sed materiā gerē
dis rebus optauimus, quo ne uirtus tacita cōsenesceret.
Et illa, atqui hoc unum est, quod præstantes quidem na
tura mentes, sed nondū ad extremam manum uirtutū
perfectione per ductas allicere possit, gloriæ scilicet cus
pido, & optimorū in rem publicā fama meritorū. Quæ
q̄ sit exilis, & totius ponderis uacua, sic considera. Oēm
terræ ambitum (sicut astrologicis demonstrationib⁹ ac
cepisti) ad cœli spaciū, puncti constat obtinere rationē.
Id est ut si ad cœlestis globi magnitudinem conferatur,
nihil spaciū prorsus habere iudicet. Huius igit̄ tam ex
iguæ in mundo regionis, quarta uero portio est (sicut
Ptolomæo probāte didicisti) quæ a nobis cognitis ani
mantibus incolat̄. Huic quartæ, si q̄tum maria paludes
q̄ premūt, quantūq̄ siti uasta regio distendit̄, cogitatio
ne subtraxeris, uix angustissima inhabitādi hoīb⁹ area
relinquetur. In hoc minimo igitur puncti, quodā pūcto
circū septi, atq̄ cōclusi de peruulganda fama, de p̄feren
do nomine cogitatis. At quid habet amplum magnifi
cūq̄ gloria tam angustis exiguisq̄ limitib⁹ arctata. Ad
de q̄ hoc ipsum breuis habitaculi septū plures incolunt
nationes, lingua, moribus, totius uitæ ratione distantes,
ad quas tū difficultate itinerū, tū loquēdi diuersitate, tū
cōmertij insolentia, nō mō fama hominū singulorū, sed
nec urbium q̄dem puenire queat. Aetate deniq̄ Marci
Tullij (sicut ipse quodam loco significat) nondū Cauca
sum montem romanæ reipublicæ fama trāscenderat, &
erat tunc adulta, Parthis etiam, cæterisque id locorū gens

tibus formidolosa. Vides ne igit̃ q̃ sit angusta, q̃ compressa gloria, quã dilatare ac propagare laboratis? An ubi romani nominis transire fama nequit, romã hominis gloria progrediet̃? Quid, quot diuersarũ gentiũ mores inter se atq̃ instituta discordant, ut quod apud alios laude, apud alios supplicio dignum iudicetur. Quo fit, ut si quẽ fame prædicatio delectet, huic in plurimos populos nomen p̃ferre nullo modo cõducatur. Erit igit̃ per uagata inter suos gloria quisq̃ cõtentus, & intra unius gentis terminos p̃dara illa famæ ã mortalitas coartabit̃. Sed q̃ multos clarissimos suis temporibus uiros, scriptorũ inops deleuit obliuio. Quanc̃ quid ipsa scripta p̃ficiunt, quæ cũ suis autoribus premit longior atq̃ obscura uetustas. Vos uero ã mortalitatem uobis p̃pagare uide mini, cum futuri famã temporis cogitatis, quod si ad æternitatis infinita spacia pertractes, quid habes, quod de tui nominis diuturnitate læteris? Vnius etenim mora momenti, si decem milibus conferatur annis, quoniã utrunq̃ spaciũ definitũ est, minimam licet, habet tamẽ aliquã p̃portionẽ. At hic ipse numerus annorũ, eiusq̃ quantũlibet multiplex, ad interminabilem diuturnitatẽ nec comparari q̃dem potest. Etenĩ finitis ad se inuicẽ fuerit quædam, infiniti uero, atq̃ finiti nulla unq̃ poterit esse collatio. Ita fit, ut quantũcumq̃ prolixo temporis fama, si cum inexhausta æternitate cogitetur, non parua, sed plane nulla esse uideatur, Vos autem nisi ad populares auras, inanesc̃ rumores, recte facere nescitis, & res licita cõscientiæ, uirtutisq̃ præstantia, de alienis premia fermunculis postulatis. Accipe in huiusmõĩ arrogantia leuitate q̃ festiue aliquis illuserit. Nam cum q̃dam ador

sus esset hominē contumelijs, qui non ad ueræ uirtutis
usum, sed ad superbam gloriam, falsum sibi philosophi
nomen induerat, adiecit etiam se sciturū an ille philo
sophus esset, siquidem illatas iniurias leniter, patienterque
tolerasset, ille patientiam paulisper assumpsit, acceptaque
cōtumelia uelut insultans, iam tandem inquit. Intelligis
ne me esse philosophū? Tum ille nimiū mordaciter, in
tellexeram inquit, si tacuisses. Quid autē est, quod ad p̄
cipuos uiros (de his enim sermo est) qui uirtute gloriā
petunt. Quid inquā est, quod ad hos de fama post reso
lutum morte suprema corpus attineat? Nam si (quod nos
stræ rōnes credi uetant) toti moriuntur homines, nulla
est omnino gloria, cum is, cuius ea esse dicitur, non ex
tet omnino. Sin uero bene sibi mens cōscia terreno car
cerē resoluta, cœlū libera petit, nonne omne terrenum
negociū spernet? Quæ se cœlo fruēs, terrenis gaudet ex
emptam? ¶ Metrum septimū, secundi libri.

Quicumque solam mente præcipiti petit
Summumque credit gloriam.

Late patentes ætheris cernat plagas

Arctumque terrarum situm,

Breuem replere non ualentis ambitum

Pudebit aucti nominis,

Quid o superbi colla mortali iugo

Frustra leuare gestiunt?

Licet remotos fama per populos means

Diffusa, linguas explicet,

Et magna titulis fulgeat claris domus,

Mors spernit altam gloriam.

Inuoluit humile pariter & celsum caput,

Aequatq; summis infima.

Vbi nunc fidelis ossa Fabrij manent?

Quid Brutus, aut rigidus Cato?

Signat superstes? fama tenuis pauculis

Inane nomen litteris.

Sed quid decora nouimus uocabula,

Num scire consumptos datur?

Iacetis ergo prorsus ignorabiles

Nec fama notos efficit.

Quod si putatis longius uitam trahi

Mortalis aura nominis,

Cum sera uobis rapiet hoc etiam dies,

Iam uos secunda mors manet.

Profa octaua, secundi libri.

Sed ne me inexorable contra fortunam bellum gere

re putes. Est aliquando cū de homibus illa fallax nō

nihil bene mereatur, tum scilicet cum se aperit, cum frō

tem detegit, moreq; profitetur. Nō dum forte quid lo

quar intelligis? Mirum est quod dicere gestio, eoq; sen

tentiam uerbis explicare uix queo. Etenim plus homini

bus reor aduersam q̄ prosperam prodesse fortunam.

Illa enim semper specie felicitatis cum uidetur blanda

mentitur. Hæc semper uera est, cum se instabilem muta

tione demonstrat. Illa fallit. Hæc instruit. Illa mendaciū

specie bonorum mentes fruentium ligat. Hæc cognitio

ne fragilis felicitatis absoluit. Itaq; illa uideas uētosam,

fluentem, suiq; semper ignaram. Hanc sobriam, succin

ctamq; & ipsius aduersitatis exercitatione prudentem.

Postremo felix, a uerbo bono deuios blanditijs trahit,

Aduersa plerumq; ad uera bona reducens uelut unco

retrahit. An hoc inter minima æstimandum putas, &
 amicorum tibi fidelium mentes, hæc aspera, hæc horri-
 bilis fortuna detexit. Hæc tibi certos sodalium uultus,
 ambiguosq; secreuit, discedens, suos abstulit, tuos reli-
 quit. Quanti hoc integer & (ut uidebaris tibi) fortuna-
 tus emisses. Desine nunc amissas opes querere, quod
 preciosissimum diuitiarum genus est, amicos inuenisti.

C Metrum octauum, secundi libri.

| | |
|-----------------------------------|--------------------------|
| Q uod mūdus stabili fide | Cōcordes uariat uices. |
| Q uæ pugnātia semina | Fœdus ppetuū tenēt. |
| Q uod Phœbus roseū diem | Currū prouehit aureo |
| V t quas duxerit hesperus | Phœbe noctib⁹ imperet |
| V t fluctus auidum mare | Certo sine coerceat, |
| N e terris liceat uagis | Latos tendere terminos |
| H anc rerum seriem ligat | Terras, ac pelag⁹ regēs |
| E t coelo imperitans amor. | Hic si frena remiserit |
| Q uicq; nunc amat inuicem | Bellum cōtinuo geret, |
| E t quam nunc socia fide | Pulchris motib⁹ incitāt, |
| C ertāt soluere machinam | Hic sancto ppos quoq; |
| I unctos fœdere continet. | Hic & coniugij sacrum |
| C astis nectat amoribus | Hic fidis etiam sua |
| D ictat iura sodalibus | O felix hoīm genus, |
| S i uestros animos amor | Quo coelū regit, regat. |

Boethij uiri cōsularis De Phi-
 losophiæ consolatione li-
 ber secundus explicit.



ANITII MANLII SEVERINI BOETHII

uiri consularis De philosophiæ consolatione Liber Tertius.



Am cantum illa finierat. Cum me audiens diuidū stupentēq; arrectis ad hæc auribus carminis mulcedo defixerat. Itaq; paulo post, o inq; summū lassorum solamē animorum, quantum me uel sententiæ pondere, uel canendi etiam iucunditate refouisti; adeo ut me iam posthac imparē fortunæ ictibus non arbitrer. Itaq; remedia q; paulo ante acriora esse dicebas, non modo non perhorresco, sed audiendi auidus uehementer efflagito. Tum illa, sensu inquit, cum uerba nostra tacitus, attentusq; raspiebas, eūq; tuæ mentis habitum uel expectaui, uel (quod est uerius) ipsa perfeci. Talia sunt quippe, quæ restant ut degustata quædam mordeant, interius autē recepta dulcescant. Sed quod tu te audiendi cupidum dicis, quanto ardore flagrares, si quonā te ducere aggrediamur, agnosceres. Quonam inquit. Ad ueram, inquit, felicitatē quā tuus quoq; somniat animus, sed occupato ad imagines uisu, ipsam illā non potest intueri. Tū ego, fac obsecro & quæ sit illa uera sine cunctatione demonstra. Faciam (inquit) illa, tui causa libenter, sed quæ tibi causa notior est, eam prius designare uerbis, atq; informare conabor, ut ea perspecta, cū in cōtrariā partē flexeris oculos, ueræ speciem in beatitudinis possis agnoscere.

Metrum primum, tertij libri.

Qui ferere ingenuum uolet agrum,
Liberat arua prius fruticibus,

Falce rubos, silicemq; resecat,
Vt noua fruge grauis Ceres eat.
Dulcior est apium mage labor.
Si malus ora prius sapor edat,
Gratius astra nitent, ubi notus
Desinit imbriferos dare sonos.
Lucifer ut tenebras pepulerit,
Pulchra dies roseos agit equos.
Tu quoq; falsa tuens bona prius,
Incipe colla iugo retrahere,
Vera dehinc animum subierint.

¶ Prosa secunda, tertij libri.

TVM defixo paululū uisu, & uelut in angustam suæ
mentis sedem recepta sic cœpit. Omnis mortalium
cura, quā multipliciū studiorum labor exercet, diuerso
quidem calle procedit, sed ad unum tamen beatitudinis
finem nititur puenire. Id aut est bonū, quo quis adepto
nihil ulterius desiderari queat. Quod qdē est oīm sum-
mum bonorū, cunctaq; intra se bona cōtinens. Cui si
quid abforet, summū esse non possit, quoniā relinque-
ret extrinsecus, quod possit optari. Liqueat igit esse be-
atitudinem statum bonorū oīm congregatione perfe-
ctum. Hunc (uti diximus) diuerso tramite mortales om-
nes conantur adipisci. Est enī mentibus hoīm ueri boni
naturaliter inserta cupiditas, sed ad falsa deū error ab-
ducit. Quorū qdē alij summū esse bonū nihilo indig-
gere credentes, ut diuitijs affluant, elaborant. Alij uero
bonū quod sit dignissimū ueneratione iudicantes, ad ep-
tis honoribus reuerendi ciuibus suis esse nitunt. Sunt q
summū bonū in summa potentia esse cōstituant. Hi uel

E

✓

regnare ipsi uolunt, uel regnantibus adhaerere conant.
At quibus optimū quiddam claritas uideretur, hi uel belli
uel pacis artibus gloriosum nomen propagare festinant.
Plurimi uero boni fructum gaudio læticiaq; mentiuntur.
Hi felicissimum putant uoluptate diffuere. Sūt etiā
qui horum fines causasq; alterutro permutant, ut q diuitias
ob potentiam, uoluptatesq; desiderant uel qui potētiam
seu pecuniæ causa, seu proferenda nomīs petunt.
In his igitur, cæterisq; talibus humanorum actū uoto
rumq; uersatur intentio, ueluti nobilitas, fauorq; popularis,
quæ uidentur quandam claritudinē comparare.
Vxor ac liberi, quæ iucunditatis gratia petuntur. Amicorum
uero, quod sanctissimum qdem genus est, non in fortuna
sed in uirtute numeratur. Reliquū uero uel potētiae
causa, uel delectationis assumitur, lam uero corporis
bona promptū est, ut ad superiora referant. Robur enim,
magnitudoq; uidentur præstare ualentiam, pulchritudo atq;
uelocitas celebritatē, salubritas uoluptatē. Quibus
omnibus solam beatitudinē desiderari liquet. Nam quod quisq;
præ ceteris petit, id summum iudicat esse bonū, quod
esse beatitudinem desinimus. Quare beatum iudicat
esse statum, quem præ ceteris quisq; desiderat. Habes
igitur ante oculos propositam fere formam felicitatis
humanæ, opes/honores/potentiā/gloriam/uoluptates.
Quæ qdem sola considerans Epicurus consequenter
sibi summum bonū uoluptatem esse cōstituit, eo q
cætera omnia iucunditatem animo uideantur
auferre. Sed ad hominū studia reuertat, quorū animus
& si caligāte memoria, tñ summū bonū repetit, sed
uelud ebrius domū quo tramite reuertat, ignorat. Nū

enim uidentur errare hi, qui nihil indigere nituntur. Ar
 qui non est aliud quod æque perficere beatitudinē pose
 sit, q̄ copiosus honorū oīm status, nec alieni egens, sed
 sibi ipse sufficiens. Num uero labuntur hi, qui quod sit
 optimū id etiam reuerentiæ cultu dignissimum putant?
 Minime. Necq̄ enī uile q̄dā, cōtemnendūq̄ est, quod
 adipisci omniū fere mortaliū laborat intentio. An in bo
 nis nō est numeranda potentiā? Quid igitur? Nū imbec
 illum, ac sine uiribus æstimandū est, quod oībus rebus
 cōstat esse præstantius? An claritudo nihili p̄denda est?
 Sed sequestrari nequit, quin omne quod excellentissī
 mum sit, id etiā uideatur esse clarissimū. Nam nō esse an
 xiam tristēm q̄ beatitudinē, nec doloribus, molestiisq̄
 subiectā, quid arinet dicere? q̄n in minimis quoq̄ reb⁹
 id appetitur, quod habere, fruiq̄ delectat. Atqui hæc
 sunt, quæ adipisci homīes uolūt, eaq̄ de causa diuitias/
 dignitates/regna/gloriā/uoluptatesq̄ desiderant, qd̄ p̄
 hæc sibi sufficiētiā, reuerentiā, potentiā, celebritatē, læ
 titiā credunt esse uenturā. Bonum est igit, quod tam dis
 uersis studijs homines petunt. In quo quāta sit nature uis
 facile monstratur, cū licet uariæ dissidentesq̄ sententiæ,
 tamen in diligendo boni fine cōsentiunt.

Metrum secundum, tertij libri,

Quantas rerum flectat habenas
 Natura potens, quibus immensum
 Legibus orbem prouida seruet,
 Stringatq̄ ligans irresoluto
 Singula nexu, placet arguto
 Fidibus lentis promere cantu.
 Quamuis pœni pulchra leones

E ij

J

Vincula gestent, manibusq; datas
Captent escas, metuantq; trucem
Soliti uerbera ferre magistrum,
Si cruor horrida tinxerat ora,
Resides olim redeunt animi,
Eremiturq; graui meminere sui,
Laxant nodis colla solutis,
Primusq; lacer dente cruento
Domitor, rabi das imbuit iras.
Quæ canit altis garrula ramis
Al es, caueæ clauditur antro.
Huic licet illicita pocula melle,
Largasq; dap es dulci studio
Ludens hominum cura ministret,
Si tamen ar cto saliens tecto,
Nemorum gr atas uiderit umbras
Sparfas pedibus proterit escas,
Syluas tantum mæsta requirit,
Syluis dulci uoce susurrat.
Validis quondam uiribus acta
Pronum flectit uirga cacumen,
Hanc si curuans dextra remiserit,
Recto spectat uertite cœlum,
Cedit hesperias Phœbus in undas,
Sed secreto tramite rursus
Curram solitos uertit ad ortus.
Repetunt proprios quæq; recursus,
Redituq; suo singula gaudent.
Nec manet ulli traditus ordo,
Nisi quod fini iunxerit ortum,

Stabilemque sui fecerit orbem.

¶ Prosa tertia, tertij libri,

Vos quæ o terrena aialia, tenui licet imagine uestrum
tamẽ principium somniatis, uerumque illum beatitudi
nis finem (licet minime perspicaci) qualicumque tamẽ cogi
tatione perspicitis, eoque uos & ad uerum bonum natura
lis ducit intentio, & ab eodem multiplex error abducit.
Considera namque an per ea, quibus se homines adepturos
beatitudinem putant, ad destinatum finem ualeant perueni
re. Si enim uel pecunia uel honores, cæteraque tale quid
afferant, cui nihil bonorum abesse uideatur, nos quoque
fateamur fieri aliquos horum adeptione felices. Quod si
neque id ualent efficere quod promittunt, bonisque pluri
bus carent, nonne liquido falsa in eis beatitudinis specis
es deprehendit? Primum igitur teipsum, qui pauloante diui
tibus affluebas, interrogo. Inter illas abundantissimas opes
nunquam ne animum tuum concepta ex qualibet iniuria confus
dit anxietas? Atque inquam tam libero me fuisse animo, quam
aliquid semper angerer, reminisci nequeo. Nonne quia
uel aberat quod abesse non uelles, uel aderat quod ad
esse noluisse? Ita est inquam. Illi igitur presentiam huius absens
tiam desiderabas. Confiteor inquam. Eget uero (inquit) eo,
quod quisque desiderat. Eget inquam. Qui uero eget aliquid,
num est usquequaque sibi ipsi sufficiens? Minime inquam. Tu
itaque hanc insufficienciam plenus (inquit) opibus sustine
bas. Quid ni inquam? Opes igitur nihilo indigentem suffici
entemque sibi facere nequeunt, & hoc erat quod promittere
uidebantur. Atqui hoc quoque maxime considerandum
puto, quod nihil habeat suapte natura pecunia, ut his, a qui
bus possidetur inuitis ne queat auferri. Fateor inquam,

E iij

tium mentibus uirtutes inserant, uicia depellant. Atqui
non fugare, sed illustrare potius nequitia solent. Quo fit
ut indignemur eas saepe nequissimis hominibus contu-
gisse. Vnde Catullus licet in curuli Nonium sedentem,
strumam tamen appellat. Vides ne quantum dedecus malis adhi-
cat dignitates. Atqui minus eorum patebit indignitas, si nul-
lis honoribus inclarerant. Tu quoque num tandem tot pe-
riculis adduci potuisti, ut cum decorato gerere magistras-
tum putares, cum in eo mentem nequissimi scurræ, delas-
torisque respiceres. Non enim possumus ob honores reue-
rentia dignos iudicare, quos ipsis honoribus iudicamus
indignos. At si quem sapientia præditum uideres, num posses
eum uel reuerentia, uel ea qua præditus est sapientia, non
dignum putare. Minime. Inest enim dignitas propria uir-
tuti quam protinus in eos, quibus fuerit adiuncta, trans-
fundit. Quod quia populares facere nequeunt honores,
liquet eos propriam dignitatis pulchritudinem non habere.
In quo illud est aduertendum magis, nam si eo abiectio-
rior est, quo magis a pluribus quisque contemnitur, cum re-
uerendos facere nequeat, quos pluribus ostentat des-
pectiores, potius dignitas improbos facit. Verum non
impune. Reddunt namque improbi parum dignitatibus uicem,
quas sua contagione commaculant. Atque ut cognoscas ue-
ram illam reuerentiam per has umbratiles dignitates non posse
contingere, sic collige. Si quis multiplici consulatu fun-
ctus in barbaras nationes forte deuenit, uenerandum ne
barbaris honor faciet. Atque si hoc naturale munus digni-
tatis foret ab officio suo, quo gentium nullo modo cessa-
rent. Sicut ignis ubique terrarum nunquam tamen calere desi-
stit. Sed quoniam id eis non propria uis, sed hominum fal-

quod dicitur per
dignitas ma-
culas in pro-
prie sua uice
malicia ma-
culat sic ut
tra in probo co-
maculans
dignitates
& honores

lax annectit opinio, uanescunt illico cū ad eos uenerint,
qui dignitates eas esse non existimant. Sed hoc apud ex
teras nationes. Inter eos uero apud quos ortæ sunt, nū
perpetuo perdurant. Atqui præfectura, magna olim
potestas, nunc inane nomē est, & senatorij census grauis
sarcina. Si quis quōdā populi curasset annonā magnus
habebatur. Nunc ea p̄fectura quid abiectius? Vt enim
pauloante diximus, quod nihil igit̄ habet proprij decos
ris, opinione utentū nunc splendore accipit, nūc amit
tit. Si igitur reuerendos facere nequeūt dignitates, si ul
tro improborū cōtagione sordescunt, si mutatione tēs
porū splendere desinunt, si gentium æstimatione uiles
cunt. Quid est quod in se expetendæ pulchritudinis ha
beant, nedum alijs persistēt?

¶ Metrum quartum, tertij libri.

Quamuis se tyrio superbus ostro

Comeret, & niueis lapillis,

Inuisus tamen omnibus uigebat

Luxuriæ Nero sæuientis.

Sed quondam dabat improbus uerendis

Patribus indecores curules,

Quis illos igitur putet beatos,

Quos miseri tribuunt honores?

¶ Prosa quinta, tertij libri.

AN uero regna, regūq; familiaritas efficere potens
tem ualent. Quid ni? quando eorum felicitas p̄pes
tuo perdurat. Atqui plena est exemplorū uetustas, p̄les
na etiam præsens ætas, qui reges felicitatē calamitate mu
tauerit. O præclara potentia, quæ nec ad conferuationē
qdem sui satis efficax inuenitur, Quod si hæc regnorū

ostea ostes de
luta amfō p̄fius
mde ostea ostes
de non ifius
p̄s qui in ostea
labbat mde ostes
mde ostes ea m
i p̄uocant mde
f̄barat ta m
p̄uocant mde
mde ostes
p̄s qui in ostea
labbat mde ostes
mde ostes ea m
i p̄uocant mde
f̄barat ta m
p̄uocant mde
mde ostes

potestas beatitudinis autor est, nō nisi qua parte defue-
rit, felicitatem minuat, miseriam impōter. Sed quam uis
late humana tendantur imperia, plures necesse est gens
tes relinqui, quibus regū quisq; non imperet. Qua uero
parte beatos faciens, desinit potestas, hac impotētia sub
intrat, quæ miserōs facit. Hoc igitur mō maiorē regib⁹
in esse necesse est miserix portione. Expertus sortis suæ
periculorū tyrannus, regni metus, pendens supra uer-
ticē gladij terrore simulauit. Quæ est igit hęc potestas,
quæ sollicitudinū morsus expellere, q̄ formidinū acule
os uitare nequit. At qui uellent ipsi uixisse securi, sed ne
queunt. Dehinc de potestate gloriantur. An tu potentē
censes, quem uideas uelle quod nō possit efficere? Potē-
tem censes, qui satellite latus ambit, qui quos terret, ipse
plus metuit? Qui ut potens esse uideat, inseruentiū ma-
nu sitū est? Nam quid ego de regum familiaribus disse-
ram, cum regna ipsa tantæ imbecillitatis plena demon-
strem? quos quidē regia potestas sæpe incolumis, sæpe
aut lapsa prosternit? Nerō Senecam familiarē, præcep-
toremq; suū ad eligendā mortis coegit arbitrium. Pa-
pinianum diu inter aulicos potentem, militū gladijs An-
tonius obiecit. At qui uterq; potētiæ suæ renūciare uo-
luerunt, quorū Seneca opes etiam suas tradere Neroni,
seq; in ocium cōferre conatus est. Sed dū ruituros mo-
les ipsa trahit, neuter qd̄ uoluit effecit. Quæ ē igit ista po-
tētia? quā pertimescūt hñtes, quā nec cū hēre uelis tutus
sis, & cū deponere cupias, uitare nō possis? An presidio
sunt amici, q̄s non uirtus, sed fortuna conciliat? Sed quē
felicitas amicū fecit, infortunū faciet inimicum. Quæ ue-
ro pestis efficacior ad nocendū, q̄ familiaris inimicus.

311. 60 **M**etrum quintum, tertij libri.

Quise uolet esse potentē, Aios domet ille feroces
 Nec uicta libidine colla Fœdis summat habenis.
 Etenim licet indica longe Tellus tua iura tremiscat,
 Et seruiat ultima Thyle, Tñ atras pellere curas,
 Misera sc̄p fugare quærelas Nō posse, potētia nō est.

Prosa sexta, tertij libri.

Gloria uero q̄ fallax sæpe q̄ turpis est. Vnde nō in
 iuria tragicus exclamat. ὦ δόξα δόξα μῦθοισι δὴ βροτῶν
 ὄνδερ γέγασσι βιοτορ ὠγκωσας μέγχι. Plures enī magnū sæpe
 nomen falsis uulgi opinionibus abstulerut, quo qd tur
 pius excogitari potest. Nam qui falso p̄dicant, suis ipsi
 necesse est laudibus erubescant. Quæ si etiā meritis con
 quassata sint, quid tamē sapientis adiecerint conscientie,
 qui bonū suum nō populari rumore, sed cōscientiæ ue
 ritate metitur. Quod si hoc ipsum p̄pagasse nomē, pul
 chrum uidetur, cōsequens est ut fœdum non extendit
 se iudicetur. Sed cū (ut paulo ante disserui) plures gen
 tes necesse sit esse, ad quas unius fama hominis nequeat
 puenire, sit, ut quē tu existimas esse gloriosum, p̄xima
 partē terrarū uideat inglorius. Inter hæc uero populārē
 gratiā, ne cōmemoratione quidē dignam puto, quē nec
 iudicio uero prouenit, nec unq̄ firma per durat. lam ues
 ro q̄ sit inane, q̄ futile nobilitatis nomen, quis non uide
 at? quæ si ad claritudinē referat, aliena est. Videtur nāq̄
 esse nobilitas quæ dā de meritis ueniens laus parentum.
 Quod si claritudinē prædicatio facit, illi sint clari neces
 se est qui prædicantur. Quare splendidum te, si tuā non
 habes, aliena claritudo nō efficit. Quod si quid est in no
 bilitate bonum, id esse arbitrator solum, ut imposita nobi

*Ostia glia nuni
 libri moctabunt
 aliud scia m h au
 m m flano ma
 Jna*

*311. 60
 Metrum quintum, tertij libri.
 Quise uolet esse potentē, Aios domet ille feroces
 Nec uicta libidine colla Fœdis summat habenis.
 Etenim licet indica longe Tellus tua iura tremiscat,
 Et seruiat ultima Thyle, Tñ atras pellere curas,
 Misera sc̄p fugare quærelas Nō posse, potētia nō est.
 Prosa sexta, tertij libri.
 Gloria uero q̄ fallax sæpe q̄ turpis est. Vnde nō in
 iuria tragicus exclamat. ὦ δόξα δόξα μῦθοισι δὴ βροτῶν
 ὄνδερ γέγασσι βιοτορ ὠγκωσας μέγχι. Plures enī magnū sæpe
 nomen falsis uulgi opinionibus abstulerut, quo qd tur
 pius excogitari potest. Nam qui falso p̄dicant, suis ipsi
 necesse est laudibus erubescant. Quæ si etiā meritis con
 quassata sint, quid tamē sapientis adiecerint conscientie,
 qui bonū suum nō populari rumore, sed cōscientiæ ue
 ritate metitur. Quod si hoc ipsum p̄pagasse nomē, pul
 chrum uidetur, cōsequens est ut fœdum non extendit
 se iudicetur. Sed cū (ut paulo ante disserui) plures gen
 tes necesse sit esse, ad quas unius fama hominis nequeat
 puenire, sit, ut quē tu existimas esse gloriosum, p̄xima
 partē terrarū uideat inglorius. Inter hæc uero populārē
 gratiā, ne cōmemoratione quidē dignam puto, quē nec
 iudicio uero prouenit, nec unq̄ firma per durat. lam ues
 ro q̄ sit inane, q̄ futile nobilitatis nomen, quis non uide
 at? quæ si ad claritudinē referat, aliena est. Videtur nāq̄
 esse nobilitas quæ dā de meritis ueniens laus parentum.
 Quod si claritudinē prædicatio facit, illi sint clari neces
 se est qui prædicantur. Quare splendidum te, si tuā non
 habes, aliena claritudo nō efficit. Quod si quid est in no
 bilitate bonum, id esse arbitrator solum, ut imposita nobi*

filio

quintorum

libus necessitudo uideatur, ne a maiorum uirtute des
generent.

Metrum sextum, tertij libri.

OMne hominum genus in terris
Simili surgit ab ortu.

Vnus enim rerum pater est,

Vnus cuncta ministrat.

Ille dedit phœbo radios,

Dedit & cornua lunæ.

Ille homines etiam terris,

Dedit & sidera celo,

Ille clausit membris animos

Celsa pede petitos.

Mortales igitur cunctos

Edit nobile germen.

Quid genus & prauos strepitis,

Si primordia uestra

Autoremq; Deum spectes,

Nullus de gener extat,

Ni uitij's peiora fouens

Proprium deserat ortum.

Prosa septima, tertij libri.

Q

vid autē de corporis uoluptatibus loquar, quas
rum apparentia quidē plena est anxietatis, facietas
uero pœnitētię. Quantos ille morbos, q̄ intolerabiles
dolores, quasi quendā fructum nequitiaę fruuentium so
lent referre corporibus, quaz motus quid habeat iucun
ditatis ignoro. Tristes uero esse uoluptatū exitus, quis
quis reminisci libidinū suarū uolet, intelliget. Quę si bea
tos explicare possint, nihil causę est, qn pecudes quoq;

beatæ esse dicantur, quarū omnis ad explendam corpo-
ralem lacunā festinat intentio. Honestissima quidē con-
iugis foret liberorūq; iucunditas, sed nimis e natura di-
ctum est, nescio quem filios inuenisse tortores, quorū
q̄ sit mordax quæcūq; conditioneq; alias expertum te,
neq; nūc anxiiū necesse est admonere. In quo Euripidis
mei sententiam probo, qui carentem liberis infortunio
dixit esse felicem. **C**Metru septimū, tertij libri.

Habet hoc uoluptas omis Stimulis agit fruētes,
Apiumq; par uolantum Vbi grata mella fudit,
Fugit, & nimis tenaci Feriticta corda morfu,

Profa octaua, tertij libri.
Nihil igitur dubiū est, quin hæc ad beatitudinem uiuæ
deuia quædam sint, nec perducere eo quæcūq; uales
ant, ad quod se p̄ducturas esse promittunt. Quātis ues-
ro implicitæ malis sint, breuissime mōstrabo. Quid eni
pecuniā ne congregare conaberis? sed eripies habenti,
Dignitatibus fulgere uelis? donanti supplicabis. Et qui
præire cæteros honore cupis, p̄scendi humilitate uiles-
ces. Potentiā ne desideras? subiectorū insidijs obnoxius,
periculis subiacebis, Gloriā petis? sed per aspera quæcūq;
distractus, securus esse desistis, Voluptuariā uitā degas,
sed quis nō spernat atq; abijciat uilissime, fragillissimeq;
rei corporis seruitiū? lam uero qui bona præ se corporis
ferunt, q̄ exigua, q̄ fragili possessione nituntur? Nū enī
elephantes mole, tauros robore superare poteritis? Nū
tigres uelocitate p̄ibitis? Respicite coeli spaciū/firmitudi-
nem/celeritatē/& aliquādo desinite uilia mirari. Quod
quidem coelū non his potius est, q̄ sua qua regit ratioe
mirandum. Formæ uero nitor ut rapidus est, ut uelox

in sententia
bona laudat
de suis bonis
sunt q̄ bona
corporeis)

& uernalium florum mutabilitate fugacior. Quod si (ut
Aristoteles ait) lynceis oculis homines uterent, ut eoru
uisus obstantia quæq; penetraret, nōne introspectis uis
ceribus, illud Alcibiadis superficie pulcherrimū corp^o,
turpissimum uideretur? Igitur te pulchrū uideri, nō tua
natura, sed oculorū spectantiū reddit infirmitas. Sed esti
mate q̄ uultis nimio corporis bona, dum sciatis hoc qd̄
cunq; miramini, triduanæ febris igniculo posse dissol
ui. Ex qbus omib^o illud redigere in summā licet, q̄ hæc
quæ nec præstare quæ pollicent̄ bona possunt, nec oīm
bonorum cōgregatione perfecta sunt, ea nec ad beatitu
dinē (q̄si qdam calles) ferunt, nec beatos ipsa pficiunt.

¶ Metrum octauum, tertij libri.

Heu heu que miseros tramite deuo

Abducit ignorantia

Non aurum in uiridi quæritis arbore,

Nec uitæ gemmas carpitis.

Non altis laqueos montibus abditis

Ut pisce ditetis dapes.

Nec uobis capreas si libeat sequi

Tyrrhena captatis uada.

Ipsos qui netiam fluctibus abditos

Norunt recessus æquoris,

Quæ gemmis niueis unda feracior,

Vel quæ rubentis purpuræ

Nec non quæ tenero pisce, uel alperis

Præstent Echinis littora.

Sed quonam lateat quod cupiunt bonum

Nescire cæci sustinent,

Et quod stelliferum, transibit polum,

in his *his finem bonu*
Tellure demersi petunt.
Quid dignum stolidis menibus imprecer:
Opes honores ambiant,
Et cum falsa graui mole parauerint,
Tum uera cognoscant bona.

hinc est *hinc est* *hinc est* *hinc est*
HActenus mendacis formā felicitatis ostendisse suf-
fecerit, quā si perspicaciter intuearis, ordo est deinceps quæ sit uera mōstrare. Atq; uideo inq̃, nec opib; sufficientiā, nec regnis potentiā, nec reuerentiam dignitatis, nec celebritatē gloria, nec læticiam uoluptatib; posse cōiungere. An etiā causas cur id ita sit, deprehendisti? Tenui quidē ueluti rimula mihi uideor intueri, sed exte cognoscere apertius malim. Atqui p̃mptissima ratio est. Quod enim simplex, indiuisumq; natura, id error humanus separat, & a uero atq; perfecto, ad falsum imperfectumq; traducit. An tu arbitraris quod nihilo indigeat egere potentia? Minime inq̃. Recte tu qdem. Nā si quid est, quod in ullare imbecillioris ualentiaē sit, in hac, presidio necesse est egeat alieno. Ita est inq̃. Igitur sufficientiaē potentiaēq; una eademq; est natura. Sic uideatur. Quod uero huiusmodi sit, spernendū ne esse censes? an contra rerū omniu ueneratione dignissimū? Ad hoc inq̃ ne dubitari quidē potest. Addamus igitur sufficientiaē potentiaēq; reuerentiā, ut hæc tria unū esse iudicemus. Addamus, si quidē uera uolumus confiteri. Quid uero inquit, obscurū ne hoc atq; ignobile censes esse, an omī celebritate clarissimū? Considera uero, ne quod nihilo indigere, quod potentissimū atq; honore dignissimum esse concessū est, egere claritudine, quā sibi p̃stare

re nō possit, atq; ob id aliqua ex parte uideat abiecius.
Non possum inq; quin hoc uti est, ita etiā celeberrimū
esse confitear. Consequēs igitur est, ut claritudinem su-
perioribus tribus nihil differre fateamur. Consequitur
inq;. Quod igitur nullius egeat alieni, quo suis cuncta
uiribus possit, quod sit clarū atq; reuerendū, nōne hoc
etiam constat esse lætissimum? Sed unde huic inq;, tali
meror ullus obrepit, nec cogitare quidē possum. Qua-
re plenum esse lætitiæ (si quidem superiora manebunt),
necesse est cōfiteri. Atq; illud quoq; per eadem necessa-
rium est, sufficientiæ/potentia/ claritudinis/ reuerentiæ/
iucunditatis/nomina quidē esse diuersa, nullo uero mo-
do discrepare substantiā. Necesse est inq;. Hoc igitur
quod est unū simplexq; natura prauitas hoīm dispartit
& dū rei, quæ partibus caret, partem conat adipisci, nec
portionē quæ nulla est, nec ipam, (quā minime affectat)
alsequitur. Quo nam inq; modo? Qui diuitias (inq;) ^{ingit}
petit, penuriæ fuga, de potentia nihil laborat, uilis obcu-
rusq; esse mauult, multas etiā sibi naturales quoq; sub-
trahit uoluptates, ne pecuniam, quam parauit, amittat.
Sed hoc modo ne sufficientia quidem cōtingit ei, quem
ualentia deserit, quē molestia pungit, quē uilitas abijcit,
quem recōdit obscuritas. Qui uero solū posse deside-
rat, pfligat opes, despicit uoluptates, honorēq; potētia
carentē, gloriam quoq; nihilipendit. Sed huic quoq; q̄
multa deficient uides. Fit enim ut aliqñ necessarijs ege-
at, ut anxietatibus mordeat. Cūq; hæc depellere neqat,
id etiā quod maximē petebat, potēs esse desistat. Similit-
er ratiocinari de honoribus, gloria, uoluptatibus licet.
Nā cū unūquodq; horum idē quod cetera sit, quis quis

horum aliquid sine cæteris petit, ne illud quidem quod desiderat, apprehendit. Quid igitur inquit? Si quis cuncta simul cupiat adipisci, summam quidem beatitudinis ille velit, sed num in his eam reperiet, quæ demonstrauimus id, quod pollicentur non posse conferre. Minime inquit. In his igitur quæ singula quæque expetendorum præstare creduntur, beatitudo nullo modo intelligenda est. Fateor inquit, & hoc nihil uerius dici potest. Habes igitur (inquit) & formam falsæ felicitatis & causas. Deflecte nunc in aduersum mentis intuitum, ibi enim ueram, quam promissimus, statim uidebis. Atque hæc inquam uel cæco perspicua est. eamque tu paulo ante monstrasti, dum falsæ causas aperire conabaris. Nunc (nisi fallor) ea uera est, & perfecta felicitas, quæ sufficientem/potentem/reuerendū/celebrem/lætumque perficiat. Atque ut me interius aduertisse cognoscas, quoniam horum (quonia idem cuncta sunt) ueraciter præstare potest, hanc esse plenam beatitudinem sine ambiguitate cognosco. O te alumne, hac opinione felicem sentio, si quidem hoc, inquit, adieceris. Quid nam inquit? Esse ne aliquid in his mortalibus caducisque rebus putas, quod huiusmodi statui possit afferre? Minime inquam puto, id quod a te nihil ut amplius desideretur ostensum est. Hæc igitur uel imagines ueri boni, uel imperfecta quædam dare bona mortalibus uidentur. Verum aut atque perfectum bonum conferre non possunt. Assentior inquam. Quonia igitur agnouisti quæ uera illa sit, quæ aut beatitudinem mentiantur, nunc superest ut unde ueram hanc petere possis agnoscas. Id quidem inquam iam dudum uehementer expecto. Sed cum (uti in Thimeo Platoni inquit nostro placet) in minimis quoque rebus diuinum præsidium debeat implorari, quid

nunc faciendū censes, ut illius summi boni sedem reperire mereamur? Inuocandū inquā rerum omniū patrē, quo p̄termisso nullū rite fundat̄ exordiū. Recte inquit ac simul ita modulata est.

¶ Metrum nonum, tertij libri.

Qui perpetua mundum ratione gubernas,
Terrarum coelicq; sator, qui tempus ab æuo
Ire iubes, stabilisq; manens das cuncta moueri,

Quem non externæ pepulerunt fingere causæ
Materiæ fluitantis opus, uerum insita summi

Forma boni liuore carens, tu cuncta superno

Ducis ab exemplo, pulchrum pulcherrimus ipse

Mundū mente gerens, similisq; in imagine formans,

Perfectasq; iubens perfectum absoluerē partes,

Tu numeris elementa ligas, ut frigora flammis

Arida conueniant liquidis, ne purior ignis

Euolet, aut mersas deducant pondera terras.

Tu triplicis mediam naturæ cuncta mouentem

Connectens animā per consona mēbra resoluis.

Quæ cum secta duos motū glomerauit in orbes,

In semet reditura meat, mentemq; profundam

Circuit, & simili conuertit imagine coelum.

Tu caulis animas paribus, uitalq; minores

Prouehis, & leuibus sublimēs curribus aptans

In cælum terramq; seris, quas lege benigna

Ad te conuersas reduci facis igne reuerti.

Da pater augustam menti conscendere sedem,

Da fontem lustrare boni, da luce reperta

In te conspicuos animi defigere uisus.

Disijce terrenæ nebulas, & pondera molis,

G

Atq; tuo splendore mica, tu natiq; serenum

Tu requies tranquilla pijs, te cernere finis,

Principium, uector, dux, semita, terminus idem.

¶ Prosa decima, tertij libri.

Quoniam igitur quæ sit imperfecti, quæ etiã perfecti boni forma uidisti. Nunc demonstrandũ reor quonã hæc felicitatis perfectio cõstituta sit. In quo illud primũ arbitror inquirendum, an aliquid huiusmõĩ bonũ (quale paulo ante definisti) in rerũ natura possit existere, ne nos præter rei subiectæ ueritatẽ cassa cogitationis imago decipiat. Sed qn existat, sitq; hoc ueluti quidam oĩm bonorũ, negari nequit. Omne enĩ quod imperfectũ esse dicitur, id diminutione pfecti imperfectum esse prohibet. Quo fit, ut si in quolibet genere imperfectum quid esse uideat, in eo perfectũ quoq; aliqd esse necesse sit. Etenĩ perfectione sublata, unde illud qd imperfectum perhibetur extiterit, ne fingi quidem põt. Neq; enim ab diminutis inconsumatisq; natura rerum coepit exordium, sed ab integris absolutisq; pcedes, in hæc extrema atq; effœta dilabitur. Quod sicuti (paulo ante mõstrauimus) est quædã boni fragilis imperfecta felicitas, esse aliquã solidam perfectamq; nõ potest dubitari. Firmissime inq; uerissimeq; coclusum est. Quo uero (inquit) habitet, ita considera. Deum rerũ omniũ principem bonũ esse, cõmunis humanorum conceptio probat animorum. Nam cum Deo nihil melius excogitari queat, id q; melius nihil est, bonum esse quis dubitat? Ita uero bonũ esse Deum ratio demonstrat, ut perfectum quoq; bonũ in eo esse cõuincat. Nam ni tale sit, rerũ omniũ princeps esse nõ poterit. Erit enim eo præstatius ali-

quid pfectū possides bonū, qđ hoc prius atq; antiquius
esse uideat. Omnia namq; pfecta minus integris priora
esse claruerūt. Quare ne in infinitu ratio prodeat, cōfite
dū est summū Deū, summi pfectiq; boni esse plenissi
mū. Sed pfectū bonū uerā esse beatitudinē cōstituim⁹

Verā igit beatitudinē in summo Deo sitā eē necesse est.

Accipio inq; nec est quod cōtradici ullo mō queat. Sed

quæso (inquit) te, uide cō id sancte atq; inuolabiliter p
bes, qđ boni summi summū Deū diximus esse plenissi
mum. Quo nā inq; mō? Ne hūc rerū oīm patrē illud sū
mū bonū (quo plenus esse perhibetur) uel extrinsecus

accepisse, uel ita naturaliter habere præsumas, quasi ha
bentis Dei habitē beatitudinis diuersam cogites esse

substantiā. Nā si extrinsecus acceptū putes pstantius id
quod dederit, eō quod acceperit existimare possis. Sed

hūc esse rerū oīm præcellētissimū dignissime cōfite
mur. Quod si natura quidē inest, sed rōne diuersum, cū

de rerum principiē loquamur Deo, fingat qui pot, quis
hæc diuersa coniunxerit. Postremo quod a qlibet re di
uersum est, id nō est illud, a quo intelligit esse diuersum.

Quare qđ a summo bono diuersum est sui natura, id
summum bonū non est. quod nefas est de Deo cogitas
re, quo nihil constat esse pstantius. Omnino enim nul
li rei natura suo pncipio melior poterit existere. Qua
re quod oīm pncipium sit, id etiam sui substantia suma
mū esse bonū uerissima rōne concluderim. Rectissime
inq;. Sed summū bonū beatitudinē eē cōcessum est. Ita
est inq;. Igit Deū (inquit) esse ipsam beatitudinē necesse est
confiteri. Nec ppositis inq; prioribus refragari queo.
& ab illis hoc illatum consequens esse perspicio. Respice

(inquit) an hic q̄q̄ i dē firmitus approbetur, q̄ duo summa bona, quæ a se diuersa sint, esse non possunt. Etenim q̄ discrepant bona, nō esse alterū, quod sit alterum liquet. Quare neutrum poterit esse perfectū, cum alterutri alterū deest. Sed quod perfectū non sit, id summū nō esse bonum manifestū est. Nullo modo igit quæ summa sunt bona, ea possunt esse diuersa. Atq̄ & beatitudinem, & Deum summū bonū esse collegimus. Quare ipsam necessesse est summā esse beatitudinē, quæ sit summa diuinitas. Nihil inq̄, nec re ipsa uerius, nec ratiocinatione firmitus, nec Deo dignius cōcludi potest. Super hæc (inquit) igitur ueluti geometræ solent, demonstratis propositis aliquid inferre, quæ porismata ipsi uocāt, ita ego q̄q̄ tibi ueluti corollarium dabo. Nam qm̄ beatitudinis adeptione fiunt homines beati. Beatitudo uera est ipsa diuinitas, diuinitatis adeptione fieri beatos manifestum est. Sed uti iustitiæ adeptione iusti, sapientiæ sapientes fiunt, ita diuinitatē adeptus, Deos fieri simili ratiōe necesse est. Omnis igitur beatus Deus, sed natura q̄dem unus, participatione uero nihil prohibet esse q̄ plurimos. Et pulchrū in quā hoc, atq̄ p̄ciosum, siue porisma siue corollarium uocari mauius. Atq̄ hoc quoq̄ pulchrius nihil est, quod his annectendū esse ratio persuadet. Quid in quā? Cum multa, inquit, beatitudo cōtinere uideatur, utrū ne hæc omnia in unū ueluti corpus beatitudinis q̄dam partium uarietate cōiungant. An sit eorū aliqd, quod beatitudinis substantiā cōpleat, ad hoc uero cætera referant. Vellem id in quā, ipsarū rerū cōmemoratione patefaceres. Nonne, inquit, beatitudinē bonū esse censuimus. At summū, q̄dem in quā. Addas, inquit, hoc omnibus licet.

Nam eadem sufficientia summa est, eadem summa po-
 tentia, reuerentia quoque claritas, & uoluptas beatitudo
 esse iudicatur. Quid igitur? Hæcne omnia bona suffici-
 entia, potentia, cæteraque ueluti quædam beatitudinis mem-
 bra sunt, an ad bonum ueluti ad uerticem cuncta referunt?
 Intellego inquam quid inuestigandum proponas, sed quod con-
 stitutas, audire desidero. Cuius rei discretionem sic accipe.
 Si hæc omnia beatitudinis membra forent, a se quoque inui-
 cem discreparent. Hæc est enim partium natura, ut unum cor-
 pus diuersa componant. Atque hæc omnia idem esse mon-
 strata sunt. Minime igitur membra sunt. Alioquin ex uno me-
 bro beatitudo uidebitur esse coniuncta, quod fieri nequit.
 Id quod inquam dubium non est, sed id quod restat, expecto.
 Ad bonum uero cætera referri palam est. Idcirco enim suffi-
 cientia petitur, quam bonum esse iudicat. Idcirco potentia, quam
 id quoque creditur bonum. Idem de reuerentia/claritudine/
 iucunditate/coniectare licet. Omnium igitur expetendorum
 summa atque causa bonum est. Quod enim neque re,
 neque similitudine ullum in se retinet bonum, id expeti nul-
 lo modo potest. Contraque etiam, quæ natura bona non
 sunt, tametsi esse uideantur quasi uera bona sint, appetuntur
dicia depugnant, & quos alij premio, alij supplicio digz

L

nos arbitrant. Sed cōcedamus, ut aliquis possit bonos
malosue discernere. Num igit̄ poterit̄ intueri illā intimā
temperie, ueluti in corporibus dici solet, animorum?
Nō enī dissimile est miraculū nesciēti, cur sanis corpori
bus, his qdē dulcia, illis uero amara cōueniāt. Cur ægri
etiā quidā lenibus, qdā uero acribus adiuuant. At hoc
medicus qui sanitatis ipsius atq; ægritudinis modū, iē
peramentūq; dinoscit, minime miratur. Quid uero aīo
rū aliud salus uidet̄ esse q̄ probitas? Quid ægritudo q̄
uitia? Quis em̄ alius uel seruator honorē, uel malorē de
pulsor, q̄ rector ac medicator mentiū Deus? Qui cum
ex alta prouidentia specula respexerit, qd unicuiq; con
ueniat agnoscit. Et quod conuenire nō uit, accomodat,
Hinc iam fit illud fatalis ordinis insigne miraculū cū a sci
ente gerit̄, quod stupeāt ignorantes. Nā ut pauca q̄ uas
let rō humana, de diuina pfunditate perstringā. De hoc
quē tu iustissimū & æqui seruantissimū putas, oīa scien
ti prouidentia diuersum uidet̄. Et uictricē qdem causā
Dijs, uictā uero Catoni placuisse familiaris noster Lu
canus admonuit. Hic igit̄ quicqd̄ citra spem uideas geri
rebus quidē rectus ordo est. Opinioni uero tuæ per uer
sa cōfusio. Sed sit aliqs̄ ita bene moratus, ut de eo diuis
num iudiciū pariter humanūq; cōsentiat, sed est animi
uiribus infirmus, cui si quid eueniat aduersi, desinet co
lere forsitan innocentia, per quā nō potuit retinere for
tunā. Parcit itaq; sapiens, dispensatio ei, quē deteriorē fa
cere possit aduersitas, ne cui nō cōuenit laborare pacia
tur. Est alius cunctis uirtutibus absolutus, sanctusq; ac
Deo proximus, hunc cōtingi qbuslibet aduersis nefas
prouidentia iudicat, a deo ut ne corporeis quidē morbis

agitari sinat. Nam ut quidam tunc quoque excellentior ait.
ἄνδρος ἰκρῶν σώμα λυμαμέισ οἰκοδόμοισι. Fit autem, uti sæpe
bonis summa rerum gerenda deferatur, ut exuberans
retundatur improbitas. Alijs mixta quædam pro ani-
morum qualitate distribuit. Quosdam remordet, ne lō-
ga felicitate luxurient. Alios duris agitari sinit, ut uirtus
animi patientiæ usu, atque exercitatione confirmet.
Alij plus æquo metuunt, quod ferre possunt. Alij plus
æquo despiciunt, quod ferre non possunt. Hos in expe-
rimentum sui tristibus ducit. Nonnulli uenerandum se-
culi nomen, gloriosæ pretio mortis emerunt. Quidam
supplicij inexpugnabiles exemplum cæteris prætulerunt,
inuictam malis esse uirtutē. Quæ quæ recte atque dis-
posite & ex eorum bono (quibus accidere uidentur) fi-
ant, nulla dubitatio est. Nam illud quoque quod impro-
bis nunc tristitia, nunc optata proueniunt, ex eisdē ducit
caulis, ac de tristibus quidē nemo miratur, quod eos male
meritos omnes existimant, quorum quidē suppliciatū cæte-
ros ab sceleribus deterrent, tum ipsos, quibus inuehun-
tur, emendant. Læta uero magnum bonis argumētum
loquuntur. Quid de huiusmodi felicitate debeant iudic-
care, quam famulari sæpe improbis cernent. In qua re
illuc etiam dispensari credo, quod forsitan alicuius tam præ-
ceps atque importuna natura est, ut eum in scelera potius
exacerbare possit rei familiaris inopia, huius morbo pro-
uidentiæ collatæ pecuniæ remedio medetur. Hic fœdæ
tam probris conscientiam spectans, & secum fortunā
suam comparans, forsitan pertimescit, ne cuius rei iucū-
dus usus est, sit tristis amissio. Mutabit igitur mores, ac
dum fortunā metuit amittere, nequitiam dereliquit. Alios

in cladem meritā precipitauit indigne acta felicitas. Quibusdam permissum puniendi ius est, ut exercitiū bonis, & malis esset causa supplicij. Nam ut probis atq; improbis nullū foedus est, ita ipsi inter se improbi nequeunt cōuenire. Quid ni? cū a semetipsis discerpentibus cōsentia uitij quicq; dissentiat, faciantq; sæpe, quæ cū gesserint, non fuisse gerenda discernant. Ex quo sæpe summa illa prouidentia protulit insigne miraculum, ut malos, mali bonos facerent. Nā dū iniqua sibi a pessimis qdā perpetrati uidentur, noxiorū odio flagrantes, ad uirtutis frugem rediere, dum se eis dissimiles studēt esse quos oderant. Sola est enī diuina uis, cui mala quoq; bona sunt, cum eis competenter utendo alicuius boni elicit effectū. Ordo enī qdam cuncta cōplectitur, ut qd' ab assignata ordinis ratione discesserit, hoc idē licet in aliū tñ ordinem relabatur, ne quid in regno prouidentia liceat temeritati. ἀργαλέου Δέ με τὰ ὑγιαθεῶν ὡς πᾶρτ' ἀγορεύειν. Neq; enī fas est homini cunctas diuini operis machinas, uel ingenio cōprehendere, uel explicare sermōe. Hoc tantū prospexisse sufficit, q; naturarū oīm proditor Deus, idē ad bonum dirigens, cuncta disponat, dumq; ea quæ protulit in sui similitudine retinere festinat, malum omne de rei publicæ suæ terminis per fatalis seriē necessitatis eliminat. Quo fit, ut quæ in terris abundare credunt, si disponentē prouidentia spectes, nihil usq; mali esse peredas. Sed uideo iam dudū te & pondere quæstionis oneratum, & rationis prolixitate fatigatum, aliquam carminis expectare dulcedinem, Accipe igitur haustum quo refectus, firmior in ulteriora contendas.

¶ Metrum sextum, quarti libri.

Suis celsi iura tonantis,
Pura solers cernere mente,
Aspice summi culmina coeli.
Illic iusto foedere rerum
Veterem seruant sidera pacem.
Non sol rutilo concitus igne
Gelidum Phœbes impedit axem.
Nec quæ summo uertice mundi
Flectit rapidos ursa meatus,
Nunquam occiduo lota profundo
Cætera cernens sidera mergi.
Cupit oceano tingere flammæ,
Semper uicibus temporis æquis
Vesper seras nunciat umbras,
Reuehitq; diem lucifer alnum.
Sic æternos reficit cursus
Alternus amor, sic astrigeris
Bellum discors exulat oris,
Hæc concordia temperat æquis
Elementa modis, ut pugnantiã
Vicibus cedant humida siccis,
Lungantq; fidem frigora flammis,
Pendulus ignis surgat in altum,
Terræq; graues pondere sidant.
His dem causis uere tepenti
Spirat florifer annus odores,
Aestas Cererem feruida siccit.
Remeat pomis grauis autumnus,
Hyemem defluus irrigat imber
Hæc temperies alit, ac profert

Quicquid uitam spirat in orbe,
Eadem rapiens condit, & aufert,
Obitu mergens orta supremo,
Sedet interea conditor altus,
Rerumq; regens flectit habenas.
Rex, & dominus, fons, & origo.
Lex & sapiens arbiter æqui,
Et quæ motu concitat ire,
Sistit retrahens, ac uaga firmat.
Nam nisi rectos reuocans ictus,
Flexos iterum cogat in orbes,
Quæ nunc stabilis continet ordo,
Dissepta suo fonte fatiscant.
Hic est cunctis communis amor.
Repetuntq; boni sine teneri,
Quia non aliter durare queant,
Nisi conuersus rursus amore,
Refluant causæ, quæ dedit esse.

¶ Prosa septima, quarti libri.

Iam ne igitur uides, quid hæc omnia, quæ diximus, cōsequatur? Quidnā inquā? Omnē (inquit) bonam prorsus esse fortunam. Et qui inquā fieri potest? Attende (inquit) cum omnis fortuna, uel iucunda, uel aspera, tum remunerandi, exercendiue bonos, tū puniendi, corrigendiue improbos causa deferatur, patet quod omnis bona est, quā uel iustam constat esse, uel utilem. Nimis quidem inquā uera ratio. Et si quā pauloante docuisti prouidentiam, fatumue considerem, firmis uiribus est nixa sententia. Sed eandē, si placet, inter eas, quas inopinabiles pauloante posuisti, numeremus. Et qui inquit? Qui inquam

id hoīm sermo cōmunis usurpat, & quidē crebro, q̄run
dam malā esse fortunam. Vis ne(inquit) igitur paulisp
uulgi sermonibus accedamus, ne nimiū uelut ab huma
nitatis usu recessisse uideamur. Vt placet inquā. Nōne
igit bonū censet esse, quod prodest: Ita est inquā. Quæ
uero, aut exercet aut corrigit, p̄dest: Fateor inquā. Bos
na igitur: Quid nī: Sed hæc eorū est, qui uel in uirtute
positi, cōtra aspera bellū gerunt, uel a uitijis declinantes,
uirtutis iter arripiunt. Negare inquā nequeo. Quid ue
ro iucunda, q̄ in premiū tribuit bonis: Num uulgius ma
lam esse definit: Nequaq̄. Verū uti est, ita q̄q̄ else opti
mam censet. Quid reliqua, quæ cum sit aspera, & iusto
supplicio malos coerceat: num bonā populus putat: Im
mo oīm inquā, quæ excogitari possunt, iudicat esse mi
serrimam. Vide igitur ne opinionē populi sequentes, qd
dam inopinabile ualde confecerimus: Quid inquā: Ex
his enī(ait) quæ cōcessa sunt, euenit eorū quidē, qui sunt
uel in possessione, uel in proeuctu, uel in adeptione uir
tutis, omnē(quæcūq̄ sit) bonā, in improbitate uero ma
nentibus pessimā esse fortunā. Hoc inquā uerū est, tam
etsi nemo au deat cōfiteri. Quare(inquit) ita uir sapiens
molestē ferre non debet, q̄tiens in fortunæ certamē ad
ducitur, & uirū fortem non decet indignari, quotiens in
crepuit bellicus tumultus. Vtriq̄ enī huic quidē glorię
propagandæ, illi uero cōfirmandæ sapientiæ difficultas
ipsa materia est. Ex quo etenī uirtus uocatur, q̄ suis uir
tutibus nitens non superetur aduersis. Neq̄ enim uos in
proeuctu positi uirtutis, diffluere delitijs, & emarcescere
uoluptate uenistis. Sed præliū cū oī fortūa nimis acce
seritis, ne uos aut tristis opprimat, aut iucunda corrūpat,

firmis mediū uirib⁹ occupate. Quicquid aut infra subsistit,
aut ultra progreditur, habet cōtemptū felicitatis, nō ha-
bet premiū laboris. In uestra est enim situm manu, qua-
lem uobis fortunā formare malitis. Omnis enim quæ ui-
detur aspera, aut exercet, aut corrigit, punit.

Metrum septimum quarti libri.

Bella bis quinis operatus annis
Victor Atrides, Phrygiæ ruinis
Fratris amissos thalamos piauit.
Illa dum graiæ dare uela classi
Optat, & uentos redimit cruore
Exiit patrem, miserumq; tristis
Fœderat natæ iugulum sacerdos.
Fleuit amissos Ithacus sodales,
Quos ferus uasto recubans in antro
Merfit immani Poliphemus aluo.
Sed tamen cæco furibundus ore
Gaudium mæstis lachrymis rependit.
Herculem duri celebrant labores,
Ille centauros domuit superbos.
Abstulit sæuo spoliū leoni.
Fixit & certis uolucres sagittis.
Poma cernenti rapuit draconi,
Aureo leua grauior metallo.
Cerberum traxit triplici cathena.
Victor immitem posuisse fertur
Pabulum sæuis dominum quadrigis.
Hydra combusto perijt ueneno.
Fronte turbatus Achelous amnis,
Ora demersit pudibunda ripis.

Strauit Anthæum lybicus harenis .
Cacus Euandri fatiauit iras .
Quosq; pressurus foret altus orbis
Setiger spumis humeros notauit.
Ultimus cœlum labor irreflexo
Sustulit collo, pretiumq; rursus
Ultimi cœlum meruit laboris.
Ite nunc fortes ubi celsa magni
Ducit exempli uia, cur inertes
Terga nudatis, superata tellus
Sidera donat .

ANITII MANLII SEVERINI BOE.

thij uiri consularis De philosophiæ con-
solatione Liber quintus .

Dixerat, orationisq; cursum ad alia quædã
tractanda & expedienda uertebat. Tum
ego. Recta (inquã) exhortatio, tuq; prorsus
autoritate dignissima. Sed q; tu dudũ
de prouidentia quæstionẽ, pluribus alijs implicitã esse
dixisti, re ex superior. Quæro enĩ an esse aliquod omnino
& quid nam esse casum arbitreres. Tũ illa, festino (inqt)
debitũ promissionis absoluerẽ, uiamq; tibi, qua in patriã
reueharis, aperire. Hæc autẽ & si perutilia cognitu, tñ a p
positi nostri tramite paulisper auersa sunt. Verendumq;
est, ne deuijs fatigatus, ad emetiendũ rectũ iter sufficere
non possis. Ne id inquã prorsus uereare. Nam qetis mi
hi loco fuerit, ea, qbus maxime delector, agnoscere. Si
mul cum omne disputationis tuæ latus indubitata fide

constiterit, nihil de sequentibus ambigat. Tum illa. Mo-
rem (inquit) gerā tibi, simulq; sic exorsa est. Si quidē (in-
quit) aliquis euentū temerario motu, nullaq; causarū cō-
nexionē productū casum esse definiat, nihil omnino ca-
sum esse cōfirmo, & p̄ter subiecti rei significationē, ina-
nem prorsus esse uocē decerno. Quis enī coercere in or-
dinem cuncta Deo, locus esse ullus temeritati reliquus
potest. Nam nihil ex nihilo existere uera sentētia est, cui
nemo unq; ueterū refragat⁹ est, quanq; id illi nō de ope-
rante principio, sed de materiali subiecto, hoc est de na-
tura oīm rationum, quasi quoddam iecerint fundamē-
tum. At si nullis ex causis oriatur aliquid, id de nihilo or-
tum esse uidebit. Quod si hoc fieri nequit, nec casum q-
dem huiuscemōi esse possibile est, q̄lem paulo ante de-
finiuimus. Quid igit inquit? Nihil me est, quod uel casus
uel fortuitū iure appellari queat. An est aliqd (tāetsi uul-
gus lateat) cui uocabula ista cōueniūt. Aristoteles meus
id (inquit) in physicis, & breui, & ueri propinq; rōne de-
finiuit. Quo nā inquit modo? Quotiens aliquid (ait) cus-
iuspam rei gratia geritur, ali udeq; quibusdam de causis
q̄ quod intendebat, obtingit, casus uocatur, ut si qs co-
lendi agri causa fodiēs humum, defossi auri pondus in-
ueniat. Hoc igitur fortuito quidam creditur accidisse, ue-
rum non de nihilo est. Nam proprias causas habet, qua-
rum improuisus, inopinatusq; concursus, casum uideēt
operatus. Nam nisi cultor agri humum foderet, nisi eo
loco pecuniam suam depositor obruisset, aurum non
esset inuentum. Hæ sunt igitur fortuiti causæ compen-
dit, quod ex obujs sibi & confluentibus causis, non ex
gerentis intentione prouenit. Neq; enim, uel qui aurum

obruit, uel qui agrum exercuit, ut ea pecunia reperiret,
intendit. Sed (uti dixi) quod ille obruit, hunc fodisse cō
uenit, atq; concurrat. Licet igitur definire casum esse ino
pinatum, ex confluentibus causis, in his quæ ob aliquid
geruntur, euentum. Concurrere uero atq; confluere
causas, facit ordo ille inuitabili connexionē procedēs,
qui de prouidentia fonte descendens, cuncta suis locis
temporibusq; disponit.

¶ Metrum primum, quinti libri.

R Vpis Achemenæ scopulis, ubi uersa sequentum

Pectoribus figit spicula pugna fugax,

Tigris & Euphrates uno se fonte resoluunt,

Et mox abiunctis dissociantur aquis.

Sic coeant, cursumq; iterum reuocentur in unum,

Confluat alterni quod trahit unda uadi.

Conueniant puppes, & uulsi flumine trunci,

Mixtaq; fortuitos implicet unda modos,

Quos tamen ipsa uagos terræ decliua casu

Gurgitis, & lapsi defluus ordo regit,

Sic quæ permissis fluitare uidentur habenis.

Fors patitur frenos ipsaq; lege meat.

¶ Prosa secunda, quinti libri.

A Nimaduerto inquā, idq; uti tu dicis, ita esse cōsen
tio. Sed in hac hærentium sibi serie causarū, est, ne
ulla nostri arbitrii libertas, an ipsos quoq; humanorum
motus animorū fatalis cathena cōstringit? Est inquit. Ne
q; enim fuerit ulla rationalis natura, quin eidem libertas
adsit arbitrii. Nam quod ratione uti naturaliter potest,
id habet iudicium, quo quidq; discernat per se, igitur
fugienda optandaue dinoscit. Quod uero q; optandū

iudicat esse, petit. Refugit uero quod existimat esse fugiendū. Quare quibus inest ratio, ipsi etiam inest uolendi nolendiq; libertas. Sed hanc non in omnibus æquā esse constituo. Nam supernis diuinisq; substantijs, & perspicax iudicium, & incorrupta uoluntas, quæ efficax optatorum præsto esse potestas. ^{zelo} Humanas uero animas liberiores esse necesse est, cum se in ^{uoluntate} mentis diuinæ speculatione conseruant. Minus uero cum dilabuntur ad corpora, minusq; etiā cum terrenis artibus colligant. Extrema uero est seruitus, cum uitijs deditæ, a rationis propriæ possessione ceciderint. Nam ubi oculos a summæ lucis ueritatis, ad inferiora & tenebrosa deiecerint, mox inscitiam nube caligant, perniciosis turbantur affectibus. Quibus accedendo consentiendoq; quā inuexerit sibi adiuuat seruitutē, & sunt quidam propria libertate captiuæ. Quæ tamen ille ab æterno cuncta prospiciens, prouidentiam cernit intuitus, & suis quæq; meritis prædestinata disponit. *ὅς πάντ' ἐφορᾷ, καὶ πάντ' ἐπακρίβει.*

Metrum primum, quinti libri.

Pro clarum lumine Phœbum,
Melliflui canit oris Homerus.

Qui tamen intima uiscera terræ

Non ualet aut pelagi, radiorum

Infirma perrumpere luce.

Haud sic magni conditor orbis

Huic ex alto cuncta tuenti

Nulla terræ mole resistunt.

Non nox atris nubibus obstat,

Vno mentis cernat in ictu,

Quæ sint, quæ fuerint, ueniantq;

^{condonem} Quem (quia respicit omnia solus)
^{instructa} Verum possis dicere solem.

¶ Prosa tertia, quinti libri.

TVm ego. En in quā difficiliōri rursus ambiguitate confundor. Quæ nam (inquit) ista est? iam enī qbus perturbare cōiecto. Nimiū in quā aduersari, ac repugnare uidetur, p̄noscerē uniuersa Deum, & esse ullū libertatis arbitrium. Nam si cuncta prospicit Deus, neq̄ falli ullo modo pōt, euenire necesse est, qd̄ prouidentia futuræ esse præuiderit. Quare si ab æterno, nō facta hoīm modo, sed etiā cōsilia, uoluntatesq̄ prænoscit, nulla erit arbitrij libertas. Neq̄ enī uel factū aliud ullum, uel q̄libet existere poterit uoluntas, nisi quā nescia falli prouidentia diuina p̄senserit. Nam si res aliorū q̄ prouisæ sūt detorqueri ualent, nō iam erit futuri firma p̄scientia, sed opinio potius incerta, quod de Deo nefas credere iudico. Neq̄ enī illā proborōnem, qua se qdam credūt hūc quæstionis nodum posse dissoluere. Aiunt enī nō ideo qd̄ esse euenturæ, qm̄ id prouidentia futuræ esse prospexerit. Sed econtrario potius, qm̄ quod futuræ est, id diuinā prouidentia latere nō possit. Hocq̄ mō necessariū est, hoc in cōtrariā relabipartem. Neq̄ enī necesse esse contingere, quæ prouidentur, sed necesse esse, quæ futura sūt, præuideri. Quasi uero, quæ cuiusq̄ rei causa sit, præsciētia ne futurorū necessitatis, an futura necessitas, præuidentig laboret. At nos illud demonstrare nitamur, quo mō se habeat ordo causarū, necessariū esse euentū præscitarū rerū etiā si p̄scientia futuris rebus eueniendi necessitatem nō uideat inferre. Etenī si q̄spiam sedeat, opinionē quæ eū sedere coniectat, ueram esse necesse est. At econuerso

rursus si de quopiã uera sit opinio, qm̄ sedet, eũ sedere
necesse est. In utroq; igitur necessitas inest, in hoc qui dē
sedendi, at uero in altero ueritatis. Sed nō iccirco quisq;
sedet, qm̄ uera est opinio, sed hæc potius uera est, quo-
niam quēpiam sedere præcessit. Ita cum causa ueritatis
ex altera parte procedat, inest tamē communis in utraq;
necessitas. Similia de prouidentia futurisq; rebus ratio cis
nari oportet. Nam etiam si iccirco quoniam futura sunt
prouidentur, nō uero ideo, qm̄ prouidentur eueniunt,
nihilominus tamē a Deo uel uentura prouideri, uel pro-
uisa euenire necesse est, quod ad perimendā arbitrii li-
bertatem solum satis est. Jam uero q̄ p̄posterum est, ut
æternæ præscientiæ temporaliũ rerũ euentus causa esse
dicatur. Quid est aut̄ aliud arbitrari, ideo Deum futura
quoniã sunt euentura, prouidere, q̄ putare, quæ oli ac-
ciderunt, causam summæ illius esse prouidentia. Ad hæc
Sicuti cum qd̄ esse scio, id ipsum eē necesse est, ita cum
quid futurum noui, id ipsum futurũ esse necesse est. Sic
fit igitur, ut euentus præscitæ rei nequeat euitari. Postre-
mo si quid aliquis aliorsum, q̄ res sese habet existimet,
id nō modo scientia non est, sed est opinio fallax, a scie-
ntiæ ueritate longe diuersa. Quare si quid ita futurum
est, ut eius certus ac necessarius non sit euentus, id euen-
turum esse præsciri, qui poterit. Sicut enim scientia ipsa
impermista est falsitati, ita id, quod ab ea concipitur esse
aliter, q̄ cōcipitur, nequit. Ea nanq; causa est. cur menda-
cio scientia careat. q̄ se ita rem quanq; habere necesse
est, uti eam sese habere scientia cōprehendit. Quid nam
igitur. Quo nam modo Deus hæc incerta futura præ-
noscit. Nam si ineuitabiliter euentura censet, quæ etiam

non euenire possibile est, fallitur, quod sentire non modo nefas est, sed etiam uoce proferre. At si uti sunt, ita ea futura esse decernit, ut æque fieri ea, uel non fieri posse cognoscat, quæ est hæc præscientia, quæ nihil certū, nihil stabile comprehendit. Aut quid hoc refert uaticinio illo ridiculo Tyresie? Quicquid dicam, aut erit, aut nō, Quid etiam diuina prouidentia humana opinione præstiterit, si (uti homines) incerta iudicat, quorum est incertus euentus? Quod si apud illum rerum omnium certissimum fontem nihil incerti esse potest, certus eorum est euentus, quæ futura firmiter ille præscierit. Quare nulla est humanis consilijs actionihusq; libertas, quas diuina mens sine falsitatis errore cuncta prospiciens, ad unū alligat, & constringit euentū. Quo semel recepto, quæntus occasus humanarū rerū consequat̄, liquet. Frustra enī bonis malisq; premia pœnæue proponuntur, q̄ nullus meruit liber ac uoluntarius motus animorum. Idq; omnium uidebitur iniquissimū, quod nūc æquissimū iudicatur. Vel puniri improbos, uel remunerari probos, q̄s ad alterutrū non propria mittit uoluntas, sed futuri cogit certa necessitas. Nec uitia igitur, nec uirtutes quicq; fuerit, sed oīm meritorum potius mista atq; indiscreta confusio. Quoq; nihil sceleratius excogitari potest, cū ex prouidentia rerū omīs ordo ducatur, nihilq; cōsilijs liceat humanis, fit ut uitia quæq; nostra ad honorū oīm referantur autorem. Igit̄ nec sperandi aliquid, nec deprecandi ulla ratio est. Quid enī uel speret quisq; uel etiā deprecetur, quando optanda omnia series inflexa cōnectit? Auferetur igitur unicum illud inter homines, Deumq; cōmeruū, sperandi scilicet ac deprecandi. Si qdē

iustæ humilitatis pretio inæstimabilē uicem diuinæ gra-
tiæ pmeremur, qui solus modus est, quo cū Deo collo-
qui homīes posse uideant, illiç inaccessibili luci prius
quocq, q̄ impetrent, ipsa supplicandi rōne cōiungi, quæ
si recepta futurorū necessitate, nihil uiriū habere credan-
tur, quid, erit q̄ summo illi rerū principi cōnecti atq; ad-
hærerē possimus? Quare necesse erit humanum genus
(uti pauloante cantabas) disseptū atq; disiunctū suo fon-
te fatiscere. ¶ Metrum tertium, quinti libri.

Q Væ nam discors foedera rerum
Causa resoluit, quis tanta Deus

Veris statuit bella duobus,

Vt quæ carptim singula constēt

Eadem nolint mista iugari?

An nulla est discordia ueris,

Semperq; sibi certa cohærent?

Sed mens cæcis obruta membris

Nequit oppresso luminis igne

Rerum tenues noscere nexus,

Sed cur tanto flagrat amore

Veri tectas reperire notas?

Scit ne quod appetit anxia nosse?

Sed quis nota scire laborat.

At si nescit, quid cæca petit?

Quis enim quicq; nescius optet?

Aut quis ualeat nescita sequi?

Quo ue inueniat, quisue repertam

Queat ignarus noscere formam?

An cum mentem cerneret altam?

Pariter sum mam, & singula norat

Nunc membrorum condita nube,

Non in totum est oblita sui,

Summamq; tenet singula per dens?

Igitur quisquis uera requirit

Neutro est habitu nam neq; nouit,

Nec penitus tamen omnia nescit.

Sed quam retinens meminit summam

Consultit, alte uisa retractans.

Vi seruat quæat oblitus. Ad dere partes.

¶ Prosa quarta, quinti libri.

TVM illa, uetus (inquit) hæc est de prouidentia querela a Marco Tullio (cum diuinationem distribuit) uehementer agitata, tibiq; ipsi res diu prorsus multumq; quæsitæ, sed haud quæ ab ullo uestræ hactenus satis diligenter ac firmiter expeditæ. Cuius caliginis causa est, quod humanæ rationis motus ad diuinæ præscientiæ simplicitatem non potest adiuuari. Quæ si ullo modo cogitari queat, nihil prorsus relinquetur ambigui. Quod ita demum patefacere, atq; expedire tentabo, si prius ea, quibus moueris, expediero. Quæro enim cur illam soluentium rationem minus efficacem putes? Quæ quia præscientiam non esse futuris rebus causam necessitatis existimat, nihil impediri præscientia arbitrarij libertatem putat. Num tu aliunde argumentum futurorum necessitatis trahis, nisi quod ea, quæ præsciuntur, non euenire non possunt? Si igitur prænotio nullam futuris rebus adiicit necessitatem (quod etiam tu paulo ante fatebare) quid est, qd' uoluntarij exitus rerum ad cer

N

tum rerum cogantur euentum: Etenim positionis gra-
tia, ut quid consequatur, aduertas. Statuamus nullam
esse præscientiam. Num igitur (quantum ad hoc atti-
net) quæ ex arbitrio eueniunt, ad necessitatem cogū-
tur: Minime. Statuamus iterum esse, sed nihil rebus
necessitatis iniungere, manebit (ut opinor) eadem uo-
luntatis integra atq; absoluta libertas. Sed præscientia
inquires, tamen si futuris eueniendi necessitas non est,
signum tamen est necessario ea esse uentura. Hoc igit
modo, etiam si præcognitio non fuisset, necessarios
futurorum exitus esse cōstar et. Omne etenim signū
tantum quid sit ostendit, nō uero efficit, quod desig-
nat. Quare demonstrandum prius est, nihil nō ex ne-
cessitate contingere, ut prænotionem signum esse ne-
cessitatis appareat, alioquin si hæc nulla est, nec illa q-
dem eius rei signum poterit esse, quæ non est, iam ue-
ro probationem firma ratione subnixam cōstat, nō
ex signis, neq; petitis extrinsecus argumentis, sed ex
conuenientibus necessarijsq; causis esse ducendam.
Sed qui fieri potest, ut ea non proueniant, quæ futu-
ra esse prouidentur: Quasi uero nos ea, quæ prouidē-
tia futura esse prænoscit, non euentura credamus, ac
nō illud potius arbitremur, licet eueniant, nihil tamē
ut euenirent, sui natura necessitatis habuisse. Quod
hinc facile perpendas licebit. Plura etenim dum fiūt
subiecta oculis intuemur, ut ea, quæ in quadrigis mo-
derandis atq; flectendis facere spectantur aurigæ, at-
q; ad hunc modum cætera. Num igitur qui cōp illorū
ita fieri, necessitas ulla cōpellit: Minime. Frustra enī

esset artis effectus, si omnia coacta mouerent. Quæ
igitur cū fiunt carent existendi necessitate, eadē priusquā
fiant sine necessitate futura sunt. Quare sunt quædā
euentura, quorum exitus ab omni necessitate sit abso-
lutus. Nam illud quidem nullum arbitror esse dictu-
rum, quod quæ nunc fiunt, priusquā fierent euentura
nō fuerint. Hæc igitur etiam præcognita liberos ha-
bent euentus. Nam sicut scientia præsentium rerū
nihil his quæ fiunt, ita præscientia futurorum nihil his
quæ uentura sunt, necessitatis importat. Sed hoc (in-
quies) ipsum dubitatur, an earum rerum quæ necessa-
rios exitus non habent, ulla possit esse prænotio, dis-
sonare etenim uidetur, putasque, si provideantur, con-
sequi necessitatem, si necessitas desit, minime præsciri
nihilque scientia comprehendere posse nisi certum. Quæ
si quæ incerti sunt exitus, ea quasi certa prouidentur
opinionis constat id esse caliginem, non scientiæ uer-
ritatem. Aliter enim, ac sese res habeat, arbitrari, ab
integritate scientiæ credis esse diuersum, Cuius erro-
ris causa est, quod omnia quæ quisque nouit, ex ipso-
rum tantum uis atque natura cognosci existimat quæ
sciuntur, quod totum contra est. Omne enim quod
cognoscitur, non secundum sui uim, sed secundum
cognoscentium potius comprehendit facultatē. Nam
ut hoc breui liqueat exēplo, unā eandēque corpis ro-
tunditatē aliter uisus, aliter tactus agnoscit. Ille eminus
manēs, totū sicut iactis radijs intuet. Hic uero coherēs
orbi, atque cōiunctus, circa ipsum motus ambitū, rotun-
ditatē partibus cōprehendit. Ipsum quoque hominem aliter

sensus, aliter imaginatio, aliter rō, aliter intelligentia
contuetur. Sensus enim figuram in subiecta materia
constitutam. Imaginatio uero solam sine materia iu-
dicat figuram. Ratio uero hanc quoq; transcendit,
speciemq; ipsam, quæ singularibus inest, uniuersali
consideratione perpendit. Intelligentiæ uero celsior
oculus extitit. Supergressa namq; uniuersitatis ambi-
tum, ipsam illam simplicem formam, pura mentis
acie contuetur. In quo illud maxime considerandū
est. Nam superior uis comprehendit amplectitur in-
feriorem, inferior uero ad superiorem nullo modo
confurgit. Neq; enim sensus extra materiam ualet,
uel uniuersales species imaginatio contuetur. uel ra-
tio capit simplicem formam, sed intelligentia quasi
desuper spectans, concepta forma, quæ subsunt, cum
cetera dijudicat, sed eo modo, quo formam ipsam, quæ
nulli alij nota esse poterit, comprehendit. Nam & ra-
tionis uniuersum, & imaginationis figuram, & ma-
teriale sensibile cognoscit. Nec ratioe utens, nec ima-
ginatione, nec sensibus, sed illo uno ictu mentis for-
maliter (ut ita dicam) cuncta prospiciēs. Ratio quoq;
cum quid uniuersale respicit, nec imaginatione, nec se-
sibus utens, imaginabilia uel sensibilia comprehendit.
Hæc est enim, quæ conceptionis suæ uniuersale ita
definit. Homo est animal bipes rationale, quæ cum
uniuersalis notio sit, tamen imaginabilem, sensibilem
q; esse rem nullus ignorat, quod illa nō imaginatione
uel sensu, sed rationali conceptione considerat. Ima-
ginatio quoq; tametsi ex sensibus uisendi formãdicit

figuras sumpsit exordium, sensu tamen absente sensibilia quæq; collustrat, non sensibili, sed imaginaria ratione iudicandi. Vides ne igitur ut in cognoscendo cuncta, sua potius facultate, q̄ eorum, quæ cognoscuntur, utantur: neq; id iniuria. Nam cum omne iudicium in iudicantis actu existat, necesse est, ut suã quisq; operam non ex aliena, sed ex propria potestate perficiat.

¶ Metrum quartum, quinti libri.

Quondam porticus attulit

Obscuros nimium senes,

Qui sensus, & imagines

E corporibus extimis

Credant mentibus imprimi.

Vt quondam celeri stilo,

Mos est æquore paginæ

Quæ nullas habeat notas,

Pressas figere litteras.

Sed mensi proprijs uigens

Nihil motibus explicat,

Sed tantum patiens iacet

Notis subdita corporum,

Cassasq; in speculi uicem

Rerum reddit imagines,

Vnde hæc sic animis uiget

Cernens omnia notio

Quæ uis singula prospicit

Aut quæ cognita diuidit

Quæ diuisa recolligit

N iij

Alternumq̄ legens iter
Nunc summis caput inserit:
Nunc decidit in infima:
Tum sese referens sibi,
Veris falsa redarguit:
Hæc est efficiens magis
Longe causa potentior,
Quam quæ materiæ modo
Impressas patitur notas.
Præcedit tamen excitans
Ac vires animi mouens
Viuo in corpore passio.
Cum uel lux oculos ferit,
Vel uox auribus instrepat.
Tum mentis uigor excitus,
Quas intus species tenet,
Ad motus similes uocans,
Notis applicat exteris.
Introrsumq̄ reconditis
Formis miscet imagines.

¶ Prosa quinta, quinti libri.

Quod si in corporibus sentiendis, quibus afficiant
instrumenta sensuum extrinsecus obiectæ quæ
litate, animi quoque agentis uigorem passio corporis
antecedat, quæ in se actum mentis prouocet, excitet
que interim quiescentes intrinsecus formas, si in senti
endis inque corporibus animus non passione insignis
tur, sed ex sua ui subiectam corpori indicat passionem,
quanto magis ea, quæ cunctis corporum affectionis

bus absoluta sunt, in discernendo nō obiecta extrinsecus sequuntur, sed actum suæ mentis expediunt. Hac itaq; ratione multiplices cognitiones diuersis ac differentibus cessere substantijs. Sensus enim solus cunctis alijs cognitionibus destitutus, immobilibus animantibus cessit, quales sunt conchæ maris, quæq; alia saxi hærentia nutriuntur. Imaginatio uero mobilibus bæluis, quibus iam inesse fugiendi appetendiue aliquis uidetur affectus. Ratio uero humani generis tantum est, sicuti intelligentia sola diuini. Quo fit, ut ea noticia, cæteris præstet, quæ suapte natura non modo proprium, sed cæterarum quoq; noticiarum subiecta cognoscit. Quid igitur, si ratiocinationi sensus, imaginatioq; refragentur, nihil esse illud uniuersale dicentes, quod sese intueri ratio putet? Quod enim sensibile uel imaginabile est, id uniuersum esse non posse, aut igitur rationis uerum esse iudicium, nec quicq; esse sensibile, aut quoniam sibi notum sit, plura sensibus, & imaginationi esse subiecta, inanem conceptionem esse rationis, quæ quod sensibile sit, ac singulare quasi quoddam uniuersale consideret. Ad hæc. Si ratio contra respondeat, se quidem & qd' sensibile, & quod imaginabile sit, in uniuersitatis ratione conspicere. Illa uero ad uniuersitatis cognitionem aspirare non posse, quoniam eorū notio corporales figuras nō possit excedere, De re uero cognitione firmiori potius, pfectioriq; iudicio esse credendū. In hmōi igitur lite nos quibus tam ratiocinādi, q̄ imaginādi etiā sentiēdiq; uis inest, nōne

rationis potius causam probaremus. Simile est, quod
humana ratio diuinam intelligentiam futura, nisi ut
ipsa cognoscit, non putat intueri. Nam ut differis, si quæ
certos ac necessarios habere non uideantur euentus,
ea certo euentura præsciri nequeunt. Harum igitur
rerum nulla est prescientia, quam si etiam in his esse
credamus, nihil erit quod non ex necessitate proues
niat. Si igitur uti rationis participes sumus, ita diuinæ
iudicium mentis habere possemus, sicut imaginati
onem, sensumque rationi cedere oportere iudicauimus,
sic diuinæ sese menti humanam submittere rationem
iustissimum censeremus. Quare in illius summæ in
telligentiæ cacumen (si possumus) erigamur. Illic enim
ratio uidebit, quod in se non potest intueri, id autem
est, quo nam modo etiam, quæ certos exitus non ha
bent, certa tamen uideat, ac definita prænotio, neque id
sit opinio, sed summæ potius scientiæ nullis terminis
inclusa simplicitas.

Metrum quintum, quinti libri.

Quam uarijs terras animalia permeant figuris,
Næque alia extēto sunt corpe puluerēque uerūt.
Continuūque trahunt uisus incitata sulcum.
Sunt quibus alarum leuitas uaga uerberetque uentos
Et liquido longi spacia ætheris enatet uolatu,
Hæc presisse solo uestigia gressibus gaudent,
Vel uirides campos transmittere, uel subire siluas,
Quæ uarijs uideas licet omnia discrepare formis.
Prona tamen facies hebetes ualet ingrauare sensus.
Vnica gens hominū celsum leuat altius cacumen,

Atq; leuis recto stat corpore, despicitq; terras.
Hæc (nisi terrenus male desipis) admonet figura,
Qui recto cœlum uultu petis, exerisq; frontem,
In sublime feras, animum quoq; ne grauata pectus
Inferior si dat mens corpore celsius leuato.

¶ Prosa sexta, quinti libri.

Quoniam igitur (uti paulo ante mōstratum est)
omne quod scitur, non ex sua, sed ex comprehē
hendentium natura cognoscitur, intueamur nunc,
quantum fas est, quis sit diuinæ substantiæ status, ut
quæ nam etiam scientia eius sit, possimus agnoscere.
Deum igitur æternum esse, cunctorum ratione des
gentium cōmune iudicium est. Quid sit igitur æters
nitas consideremus. Hæc enim nobis naturam paris
ter diuinam, scientiamq; patefecerit. Aeternitas igit
est interminabilis uitæ tota simul & perfecta posses
sio. Quod ex collatione temporalium clarius liquet.
Nam quicquid uiuit in tempore, id præsens a præter
ritis in futura procedit. Nihilq; est in tempore consti
tutum, quod totum uitæ suæ spacium pariter possit
amplecti. Sed crastinum quidem nondum apprehē
dit, hesternum uero iam perdidit. In hodierna quo
q; uita non amplius uiuitis, q̄ in illo mobili transito
rioq; momento. Quod igitur temporis patitur con
ditionem, licet illud (sicut de mundo censuit Aristo
teles) nec cœperit unq; esse, nec desinat, uitamq; eius
cum temporis infinitate tendatur, nondum tamen ta
le est, ut æternum esse iure credatur. Non enim totū
simul infinitæ licet uitæ spacium comprehendit atq;

○

complectitur, sed futura nondum transacta iam nō
habet, Quod igitur interminabilis uitæ plenitudinē
totam pariter comprehendit ac possidet, cui neq; fu-
turi quicq; absit, nec præteriti fluxerit, id æternū esse
iure perhibetur, Idq; necesse est, & sui compos præ-
sens sibi semper assistere, & infinitatem mobilis tem-
poris habere præsentem. Vnde non recte quidam,
q̄ cum audiunt uisum esse Platoni mundum hunc,
nec habuisse initium temporis, nec habiturū esse de-
fectum, hoc modo conditori cōditum mundū fieri
coæternū putant. Aliud est enī per interminabilē du-
ci uitam, quod mundo Plato tribuit, aliud inextermi-
nabilis uitæ totam pariter complexā esse præsentiam,
quod diuinę mentis, proprium esse manifestum est.
Neq; Deus conditis rebus antiquior uideri debet tē-
poris quantitate, sed simplicis potius proprietate na-
turæ. Hunc enī uitæ imobibilis præsentariū statum,
infinitus ille temporalium rerum motus imitat, cūq;
eum effingere atq; æquare non possit, ex imobilitate
deficit in motum, & ex simplicitate præsentia decre-
cit in infinitam futuri ac præteriti quātitatem. Et cum
totam pariter uitæ suæ plenitudinem nequeat possi-
dere, hoc ipso, quod aliquo modo nunq; esse desinit
illud quod implere atq; exprimere non potest, aliq̄te-
nus uidetur emulari, alligans se ad quale cūq; præsen-
tiam huius exigui uoluerisq; momenti. Quæ quoni-
am manentis illius præsentia quādam gestat imagi-
nem, quibuscumq; contigerit id præstat, ut esse uide-
antur. Quoniam uero manere nō potuit, infinitum

tpis iter arripuit. Eo nãq; mō factū est. ut continuaret
uitā eundo, cuius plenitudinē cōplecti nō ualuit per
manēdo. Itaq; si digna rebus noīa uelimus impone
re Platonē sequētes, Deū q̄dem æternū, mundū uero
dicamus esse ppetuū. Qm̄ igit̄ omne iudiciū scđm
sui naturā, quę sibi subiecta sunt, cōprehendit. Est aut̄
Deo semp æternus ac p̄sentarius status. Scientia q̄q;
eius oēm tpis supgressa motionē, in suæ manet sim
plicitate p̄sentia, infinitaq; p̄teriti ac futuri spacia cō
plectēs, oīa q̄si iam gerant̄ in sui simplici cognitiōe cō
siderat. Itaq; si p̄scientiam pensare uelis, qua cūcta di
noscit, nō esse p̄scientiā quasi futuri, sed scientiā nūq;
deficientis instātia rectius æstimabis. Vñ nō p̄uiden
tia, sed p̄uidencia potius dicit̄, q̄ porro a rebus infis
mis cōstituta, quasi ab excelso rer̄ cacumine cūcta
p̄spiciat. Quid igit̄ postulas, ut necessaria fiant, q̄ di
uino lumīe lustrent̄? Cū ne hoīes quidē necessaria fa
ciāt, esse, quę uideāt? Nū em̄ q̄ p̄sentia cernis, aliquam
eis necessitatē tuus addit intuitus? Minime. Atq; si ē
diuini hūanicq; p̄sentis digna collatio, uti uos uestro
hoc t̄pario p̄senti q̄dam uidetis, ita ille oīa suo cernit
æterno. Quare hæc diuina p̄notio naturā rer̄, p̄pri
eratēq; nō mutat. Taliaq; apđ se p̄sentia spectat, qua
lia in t̄pe olim futura, p̄ueniēt, nec rer̄ iudicia confun
dit, unoq; suæ mentis intuitu tā necessario, q̄ nō nes
cessario uentura dinoscit. Sicuti uos cū pariter ābula
re in terra hoīem, & oriri in celo solē uidetis, q̄q; si
utrūq; cōspectū tñ discernitis, & hoc uoluntariū illđ
ēē necessariū iudicatis. Ita igit̄ cūcta despiciēs diuinus

intuitus, qualitatem rerum minime perturbat, apud
se quidem præsentium, ad conditionem uero tem-
poris futurarum. Quo fit, ut hæc non sit opinio, sed
ueritate potius nixa cognitio, cum extitutum quid
esse cognoscit, quod existendi necessitate carere non
nesciat. Hic si dicas. Quod euenturum Deus uidet id
non euenire non posse, quod autem non potest nõ
euenire, id ex necessitate cõtingere, meq; ad hoc no-
men necessitatis astringas. Fatebor quidem rem so-
lidissimæ ueritatis, sed cui uix aliquis nisi diuini spe-
culator accesserit. Respondebo namq; idem futurũ
cum ad diuinam notionem refertur necessarium, cũ
uero in sui natura perpenditur, liberum prorsus at-
q; absolutum uideri. Duæ sunt etenim necessitates,
simplex una, ueluti quod necesse est, omnes homi-
nes esse mortales. Altera conditionis, ut si aliquẽ am-
bulare scias, eum ambulare necesse est. Quod enim
nouit, id esse aliter, ac notum est nequit. Sed hæc con-
ditio minime secum illam simplicem trahit. Hanc enĩ
necessitatem non propria facit natura, sed conditiõis
adiectio. Nulla enim necessitas cogit incedere uol-
untarie gradientem, q̃uis eum tamen cum gradit̃
incedere necessarium sit. Eodem igitur modo si qd
prouidentia præsens uidet, id esse necesse est, tamen si
nullam habeat naturæ necessitatem. Atqui Deus ea
futura, quæ ex arbitrii libertate proueniunt, præsen-
tia contuetur. Hæc igitur ad intuitum relata diuinũ,
necessaria fiunt per conditionem diuinæ notionis, p-
se uero considerata ab absoluta naturæ suæ libertate

non deficiunt. Fient igitur proculdubio cuncta, quæ
futura Deus esse prænoscit. Sed eorum quædam de
libero proficiscuntur arbitrio. quæ quibus eueniant exi
stendo, tamen propriam naturam non amittunt, quæ
priusquam fierent etiam non euenire potuissent. Quid
igitur refert non esse necessaria, cum propter diuine
scientiæ conditionem, modis omnibus necessitatis
instar, eueniant? Hoc scilicet quod ea, quæ paulo ante
proposui, sol oriens, & gradiens homo, quæ dum fi
unt, non fieri non possunt, eorum tamen unum prius
quocumque quam fieret, necesse erat existere, alterum uerum
minime. Ita etiam, quæ præsentia Deus habet, procul
dubio existunt. Sed eorum hoc quidem de rerum ne
cessitate descendit, illud uero de potestate facientium.
Haud igitur iniuria diximus, hæc si ad diuinam no
ticiam referantur esse necessaria. Si per se consideren
tur, necessitatis esse nexibus absoluta, Sicuti omne quod
sensibus patet, si ad rationem referas, uniuersale est,
si ad seipsum respicias, singulare. Sed si in ea (inquis)
potestate situm est, mutare propositum, euacuabo pro
uidentiam, cum quæ illa prænoscit, forte mutauero.
Respondebo. Propositum te quidem tuum posse defle
ctere, sed quoniam & te id posse, & an facias, quæ con
uertas, præsens prouidentia ueritas intuetur, diuinam
te præscientiam non posse uitare, sicuti præsentis oculi effu
gere non possis intuitum, quibus te in uarias actiones libe
ra uoluntate conuertas. Quid igitur inquis? Ex mea
ne dispositione scientia diuina mutabitur? ut cum ego
nunc hoc, nunc illud uelim, illa quocumque noscendi uices

alternare uideatur. Minime. Omne nanq; futurum
diuinus præcurrit intuitus, & ad præsentiam, p̄prie
cognitionis retorquet ac reuocat. Nec alternat (ut tu
existimas) nūc hoc illud prænoscenti uice, sed uno
ictu mutationes tuas manens præuenit atq; cōplectis-
tur. Quam cōprehendi omnia, uisendiq; præsentia,
non ex futurarū prouētū rerū, sed ex propria Deus
simplicitate sortitus est. Ex quo illud quoq; soluitur,
quod paulo ante posuisti, indignum esse si scientiæ
Dei causam futura nostra præstare dicant. Hæc enī
scientiæ uis præsentaria notiōe cūcta cōplectens, re-
bus omībus modum ipsa constituit, nihil uero poste-
rioribus debet. Quæ cum ita sint, manet intemerata
mortalibus arbitrii libertas. Nec inique leges solutis
omni necessitate uoluntatibus, premia, pœnasq; pro-
ponūt. Manet etiam spectator desuper, cunctorum
præsciens Deus, uisionisq; eius præsens semper æter-
nitas, cum nostrorū actuū futura qualitate concurrīt
bonis premia, malis supplicia dispēsans. Nec frustra
sunt in Deo positæ spes, precesq; quæ cū recte sint,
inefficaces esse nō possunt. Auersamur igitur uitia,
colite uirtutes, ad rectas spes animū subleuate, humi-
les p̄ces in excelsa porrigite. Magna uobis est (si dissi-
mulare non uultis) necessitas indicta p̄bitatis, cū ante
oculos agitis iudicis cuncta cernentis,

F I N I S





Ioannes Syngrenius imprimebat Viennæ
Pannoniæ. Anno Christi. M. D. XXI.
Eidibus Martij.
Carolo. V. P. F. Aug. Imperante.





Carolo V. R. Aug. Imperante.
Hilpus Martij.
Pannonia. Anno Christi M. D. XXI.
Joannes Syngrenius in principibus Viennae



